Q. F. F. S.

EXERCITIUM ACADEMICUM,

DE

SUDERCOPIA;

cujus

PARTEM PRIOREM,

Indultu Ampliſſimi Senatus Philoſophici,

Sub PRÆSIDIO,

VIRI Admod. Rever. atq; Celeberrimi,

MAG. MATTHIÆ

ASP/

Eloquentiæ PROFESS. Reg. & Ord.

Publice examinandam ſiſtit

MAGNUS SAMUEL SÖDERSTEN/

SUDERCOPIA OSTER-GOTHUS,

In Audit. Guſt. Maj. d. X Julii,

ANNI MDCCXXXVI,

Horis ſolitis.

UPSALIÆ,

LITERIS JOH. HÖJERI, REG. ACAD. TYPOGR.

NAPOLI

Digitized by Google

S:Æ R:Æ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Oſter-Gothiæ
GUBERNATORI,
Perilluſtri Generoſisſimoque
BARONI ac DOMINO,

DN. ERICO G. EHRENCRONA,

Mæcenati Maximo.

AUdet ad Illuſtres, *Urbs, ævo exeſa vetuſto,*
Cinctaque inurbana tendere veſte. Patres.
Filia at eſt Gothiæ, Veſtro quæ pendet ab ore,
Veſtro hæc in tenebris auſpicioque nitet.
Eſt, fateor, multæ dudum vi fracta ſenectæ,
Totque immerſa jacet, tempus in omne, malis.
Purpureus non ora rubor, non colla pruinæ
Ornant, ſed corpus ruga ſenilis arat.
Ipſa cutis ſulcata feræ veſtigia plagæ

Perilluſtr. & Reveren-

cultor de-
MAGNUS SAMUEL

S:Æ R:Æ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Inclutæ Diœceſeos Lincopienſis EPISCOPO,
Ven. Conſiſtorii PRÆSIDI,
Regii Gymnaſii nec non Scholarum EPHORO,

Reverendisſimo

PATRI ac DOMINO,
DN. DOCT. ERICO
BENZELIO,

Mæcenati Maximo.

Crudaque de priſco vulnera Marte refert.
Incultis horrens ſqualentia tempora canis,
Hos forte ex rauco jam tulit ore ſonos:
Alter ades ſummo de cœli vertice Phœbus,
Qui miti tenues lumine paſcis agros:
Præſidio Alterius ſacro ſubnixa, zionem
Vertice ab hoc video, quondam ubi vana fides:
Vive modo & flore, TANTORUM BIGA VIRORUM,
Lætior ut feſſæ ſit cynoſura rati!

diſſ. Nominum *Veſtrorum*

votiſſimus
SÖDERSTEN.

Digitized by Google

S:Æ R:Æ M:TIS
MAGNÆ FIDEI VIRO,
Per
O-Gothiam JUDICI Provinciali,
Generoſiſſimo atque Nobiliſſimo DOMINO,

DN. DANIELI
SPARRSCHÖLD,

MÆCENATI OPTIMO.

P*Rodit demum in publicum arduus hic*
ptimi, *nutu* Veſtriſque *auſpiciis a*
maturus eſt; *hinc* Veſtrum *lumen*,
neror, *hunc defectum vel tollat*, *vel tegat. Sic*
inſignis accedet cumulus, *quem gratiſſimo præ-*

Generoſiſſ. & Nobiliſſ.

cliens hu-
MAGNUS SAMUEL

Digitized by Google

VIRO
Maximè Strenuo,
Oſter-Gothicæ Legionis Equeſtris
MAJORI,
Nobiliſſimo DOMINO,

D.N. FRIDERICO GYLLENRAM,

PATRONO PROPENSISSIMO.

plurium annorum labor, Veſtro, Patroni O-
me ſuſceptus. Quoniam vero is nihilominus im-
usquequaque coruſcans, quod ſubmiſſa pietate ve-
ad cetera Veſtra *in me beneficia longe maxima*
conio agnoſcam, quoad vixero, permanſurus,

Nominum Veſtrorum

millimus,
SÖDERSTEN.

VIRIS *Nobiliſſimis, Admodum*

De Eccleſia; Patria, Bonis optime

Dn. GUSTAV. DANCKWARDT,

Scabinatus Metallici *Præfecto* Longe Meritiſſimo.

MAG. PETRO WETTERSTEN,

Præpoſito & *Paſtori* in Hæradshammar Laudatiſſimo.

Dn. ERASMO RIZANDER;

Arcis Upſalienſis a *Rationibus* Digniſſimo, Conſanguineo Suaviſſimo.

VObis, Patroni Exoptatiſſimi, *ac* Pater *nes pie conſecro, rudi calamo conſcriptas, tus, quibuscum & Sudercopia mea, luctamur. Quod ſi* Veſtro *nobis liceat frui Patiam, lætiora aliquando ſperabimus rerum noſtra-*

Nobiliſſ. Adm. Re- Nominum

cultor ob-

Filius ob-

MAGNUS SAMUEL

Reverendis & Spectatiſſimis

Omnibus, Meque Imprimis;
meritis,

Dn. MAG. PETRO LITHZENIO,

Præpoſito & *Paſtori* Sudercopienſium
Vigilantiſſimo.

Dn. NICOLAO SÖDERSTEN/

PASTORI in Tâby Fideliſsimo,
PARENTI Indulgentiſſimo.

DN. JOHANNI HÖJER,

Academiæ Upſalienſis TYPOGRAPHO
Sollertiſſimo.

Indulgentiſsime, *has qualescunque lucubratio-*
inter quotidianos fere novercantis fortunæ inſul-
& ego, ejus alumnus, jam diu, proh dolor! col-
trocinio, & mater & filius, per Divinam gra-
rum incrementa.

verend. & Spectatiſſ.
Veſtrorum

ſervantiſſimus
&
ſequentiſſimus
SÖDERSTEN.

Eruditiſſimo

Egregiæ hujus Diſſertationis

Dn. AUCTORI.

QUemadmodum rudi ac balbutienti præconi ſatius eſt, ſilere, quam inepte loqui: ſic mihi, ad Parnaſſi radices etjamnum hærenti, nec ullis eloquentiæ præſidiis munito, in publicam lucem prodire & encomiaſten TUUM agere non licet. Laudet TE potius *Sudercopia*, Tuis jam vigiliis rediviva: laudent quoque TE Patroni, quibus ob virtutem ac morum conſtantiam ſemper fuiſti acceptiſſimus. Interim, ne ego debiti mei penitus videar oblitus, gratulor TIBI ſingulares in ſtudiis humanioribus progreſſus, & ex animo voveo, metam eruditionis longe jucundiſſimam eo citius contingas, quo majori induſtia illuc tendas!

In Borum Oſter-Goth. die 15 Junii An. 1736.

DANIEL FRIDERICUS GYLLENRAM.

Digitized by Google

I. N. J.

SECTIONIS PRIORIS,

QUA

Urbs in genere conſideratur,

§. I.

Rationem nominis aperit.

SUDERCOPIA, in vetuſtis membranis, *Sudburköpunge, Sudberkaupung*, *Suderkipunga*. *Sutherköpung, Suderköpung*, *Sudberköpunk*, *Sudberköpungh*, *Swdercöpung*, *Sudercöpungh*, *Sudercopung*, *Suderkepung*, *Sudrecopung*, *Sudreköping* , *Swdercböpingh* , *Swderköpingh*, *Swdercôpingh* , *Swderköpingæ* , *Sudberköpynghæ* , *Suderkeping* & *Suderkôping a*) ; noſtris autem temporibus *Söderköping b*), vel ad vulgi dialectum , *Sörköping* au-

a) *Varietas illa ſcribendi tribuenda videtur, vel ruditati primorum temporum, vel ſeculorum ac locorum diverſitati, in quibus conſignata fuerunt iſta acta publica.*

b) *Vid. Celeb. b. m. Dn,* Ol. Verel. *not. ad Gautr. Saugu p. 5.*

Digitized by Google

dit, a *Sudur c*) auſter,& *Kaupung d*), *Köping*,locus ubi mercatura & nundinæ olim libere exercebantur *e*); adeo ut celebratiſſima hæc urbs, auſtrale Gothiæ emporium fuerit, forte a ſitu, verſus borealem iſtam oraculorum gentilium ſedem, Antiquam Upſaliam potius, quam verſus urbem Norcopiam, utpote recentiori ævo ortam, ita denominata *f*).

§. II.

Situm Urbis ſiſtit.

Dulciſſima hæc Patria mea, cum diuturnis tempo-

c) *Vid. Hiſtoriogr. Regn. Nob. Dn.* Jac. Wilde *Hiſt. Pragm. Suec. cap. II. p.55. & Celeb. b. m. Dn.* Joh. Loccenii *Antiqu. Sueo-G. Lib. II. c. XVII. p. m. 115. conf. Rev. D.* Spegel *Gloſſ. Sueo-G. ſub voc.* Sunnan.

d) *Atque ſic, ſecundum genium lingvæ veterum Gothorum, dicendum foret,* Sudurkaupung, *non aliter ac* Sudurmannaland *legitur in St. Olafs Saugu c. 76.*

e) *Veterum Sueo-Gothorum* Kaupung *idem eſſe, ac ἐμπόριον Græcorum, paſſim apud Scriptores videas.*

f) Billigt kan man hålla före honom (*Söderköping*), *verba ſunt Cl. Dn.* JONÆ PÅRSSONS, in Söderköp. Stads, wid forna och ſenare tider, beskaffenhet, Mſcr. de A. 1682. i åſeende til fordom Hufwudſtaden Upſala blifwit nåmd en Köping der ifrå Söder ut; --- Norköping hafwer ju, det allom witterligit år, fådt ſit namn af denne Stad. *Sic Nob. Dn.* Wexionius Gyllenſtolpe, *in deſcr. Svec. L. VII. c. 3. teſtatur:* Norrcopiam, ab aquilone (*Norr*) denominatam, quod Sudercopiam, milliare inde diſtantem, auſtrum (*Söder*) verſus habeat. *Nec non b. m. Præcl. Dn.* Dan. Jon. Kylander, *in declam. de O-Gothia hab. Upſ. A. 1631.* Sudrocopiæ ſuccedit maritima civitas, in oſtiis maris ſita, Norcopia videlicet, ante aliquot annorum ſpatia, pro pago viliſſimo habita.

temporum injuriis colluctata, ac fatis durioribus dudum defuncta, in territorio Oſter-Gothorum *Hamarkinda g)*, ad fretum maris Balthici, nobis *Slåtbaken* vocatum, poſita, & quidem in gradu latitud. 58. min. 23. longit. grad. 34. min. 44. ad exactiſſimum Domini *De L'Iſle*, calculum, ut me certiorem benigne fecit Præcl. Dn. *Olavus P. Hiorter*. Diſtat autem Norcopia milliare cum quarta parte; Lincopia quatuor. Ab altera parte, terræ fertiliſſimæ, *Mellanwika b)* dictæ; ab altera, territorio *Tuſt* adjacet, unde noſtri picem, aſſeres, trabes, malos & tigna cujusvis generis, navigiis ſtruendis apta, & in exterorum uſus exportanda, conſeqvuntur. Ea aëris ſalubritate, ac

 tempe-

g) Derivatur ab Hamar, ſtenig Ort, Skogsbacke, *terra, ſcopulis & arboribus obſita. Vid. Rev. D.* Spegel *Gloſſ. Sueo-G. atq;* Verelii *Lex. Scand. quibuscum etiam conferri meretur* Rudbeckii *Atlant. Tom. I. c. XXI. p. 528. &* Kinda, *ut* Kinda eld *legitur in St. Olafs Saugu c. 78. h. e.* vptenda eld, *excitare ignem. Scilicet veteres malleo & igne ſibi viam parabant, rupes ac ſaxa diffringendo, arbores comburendo, & colles ſolo æquando. Hinc in Sigillo territoriali etiamnum comparet malleus, procul dubio ad ſignificandum, quo ſudore quove labore olim heic contuderint ſaxa rupesque, ne quid dicam de denſiſſimis ſilvis, quæ paſſim cæderentur, antequam illa loca habitationi apta reddi poſſent.*

h) Dicitur etiam Wikbolandet, *& qui eam incolit,* Wikbolånning, *h. e. Wikbolandiæ incola, quia duobus maris Balthici ſinubus*, Bråwiken & Slåtbaken, *ad tria fere latera includitur. vid. Diſſert. de Wikia O-Goth. Cl. Mag.* W. A. Wennerdahl, *hab. Upſ. A. 1733.*

temperie gaudet, ut nec nimia frigoris vis, nec æſtus immodicus incolas & arva urgeat. Hinc agros fecundos, virentia prata, querceta, pineta, aliaque opaca æſtatis umbracula nec non nuces avellanas quaquaverſum conſpicias. Mediam urbem amnis interſecat, qui aqua vernali atq; auctumnali inundatus, vix intra alveum continetur, ſed incolis, pontibus & Templo S. Laurentii, in altitudinem inſolitam excreſcens, ſæpius nocet *i*). Hic, ex lacu quodam Parœciæ *Weſterbusby* oriundus, per pagum *Nybole k*), (*Nyble*) & deinceps per poſſeſſiones

i) *Hanc in rem adferre lubet quaſdam adnotationes, ex Libro ejusdem Eccleſiæ: e. g.* An. 1671. d. 31 Martii kl. 3. efter middagen, tog watnet ſå öfwerhanden, at alla broar och ſpånger utflöto, ſamt ſtora isbutar förderfwade qwarnarna. An. 1672. d. 28, 29, och 30. Martii, war nåſtan ſå mycket watn i Kyrkian, ſom förra gången: I 8 dagar kom icke i Stads-Kyrkian at hållas Gudstienſt. An. 1684. Flödade hon (*ån*) ſå högt, at watnet gick öfwer hela Stads-Kyrkiogården, och ſteg til en aln öfwer bånckarna i Kyrkian, då alla Broar borttogs och mycken annan skada timade. *Vid. Relat. Suderc. b. m. Conſult. Dn.* Joan. Cedermark, *de An. 1691. Mſcr. Quantum detrimenti noſtrates etiam ceperint, ex aquis nimium excreſcentibus, An. 1729. menſ. Sept. patet ex Lectoris Lincop. Præl. Dn. M.* Caroli Echman *Epiced. in funus p. m. Præſulis noſtri Reverendiſſ. Dn. Doct.* Torſtani Rudeen.

k) *Denominatur a* Nyr *vel* Ny, *novum, &* Bol, Böle, Bo *vel* Bu, hus *och* bo, Boſtålle, hem, *domicilium, fundus. Inde* boa, bua, bo *och* byggia, *ædificare, &* bonde, *quaſi* boande, *herus, pater familias, maritus. Unde quo-*

nes urbicas ad locum illum *Hammaren l*) nuncupatum, inde ad molendina urbis (*Stadſens Quarneby*, vulg. *Byqwarnarna m*), curſu ſinuoſo per *Gåſegiölen n*), ad piſtrinum xenodochii hanc Noſtram alluit,

 fluvius

que Lex O-Goth. Edzöris B. XXXI. Fl. boandis mån *habet*, *h. e.* bofaſte. *Vid.* Verelii *Lex. Scand. In hocce pago conſpicias molendina, ob ſitus opportunitatem præſtantiſſima.*

l) Heic officinam ferrariam (Stadſens Hammarſmedia) *ſe puerum olim vidiſſe, ſæpius mihi dixit Spectab. Dn.* Samuel Joach. Wibling, *avus meus maternus*, *82. jam agens annum. Idem ſuo teſtimonio comprobat antea laudatus Dn.* Jonas Pårsſon *loc. cit. Jam vero ibi optima habentur molendina, a Prætore Territ. b. m. Dn.* Andrea Ahlgren *An. 1731. propriis impenſis extructa. Addo etiam hoc, quod in ripa vicina occidentali & aquilonari plurimos globulos argillaceos, in formam & duritiem lapidum concretos & mire politos, cernas, qui* Målrekor, *vel potius* Marlekor, *a luſu maris dicti, pueris inter ludendum inſerviunt, ipſi inter naturæ luſus numerandi.*

m) De priſtina hujus pagi præſtantia ita ſæpe laud. Dn. Jonas Pårſſon *l. c.* It litet ſtycke ther ifrå kommer ſtrömen tjt, ſom nu är Stadſens qwarneby, hwareſt fordom har warit, det ock någre än minnas, en förtråffelig skiön By för allehanda watnbruk skul, ſå til Sågqwarnar, Smedieqwarnar, ſom Miölqwarnar. Deſs utrymme af watn och deſſ grundvalar af hus, kan man ännu där finna och warſe blifwa. *Tempus vero rerum edax nihil fere ibi relictum eſſe voluit, præter duo vel tria molendina. Etiam hinc patet, urbes antiquiſſimas fuiſſe appellatas*, By, Byr *vel* Byar, *quod a* byggia, *habitare, ædificare, deſcendit.*

n) Haud facile dixerim, utrum hoc derivetur, a Gas Gås, *anſer, an a* Gaſa, ſpringa, ſtimma, *curſitare, intemperan-*

Digitized by Google

fluvius magnus (*Stor-ån*) tum vulgo appellatus. Hic minorem illum, *Lill-ån o*), ex lacu *Aſpelången p*) huc delatum, ad forum urbis (*Stora Torget*) excipit, curſuque extra pomœria ad *Skuteplatzen* directo, iterum aquis alius cujusdam fluvii, *Twær-ån q*) dicti, miſcetur, atque ſic per fretum illud *Slätbaken* in mare ſe exonerat. Silvoſis quoque hæc Noſtra monti-

ter & effuſe lætari, an denique a noſtro Gåſſe, *puer, &* Giöl, *gurges, vorago. Hinc* Gialfur, *quod in Hiſt. Hervoræ c. 7. p. 94. (conf.* Verelii *Lex. Scand.) ſignificat aquam æſtuantem, ſtridentem; unde* Gialfurmen, Båtzmen, *nautæ. Certe heic pueri Scholares, a plurimis retro annis, natando ſordes corporis abluere ſolent. Locum vero hunc, morte puerorum, ſæpius gurgite ſubmerſorum, famoſum, mihi meisq; longe triſtiſſimum reddidit inopinatus fratris mei unici,* Nicolai Söderſten, *caſus, heic A. 1721. d. 14 Junii, aquis eheu! ſuffocati.*

o) *Illum Sudercopienſes, rebus & commerciis eorum ad vota olim fluentibus, ſummis impenſis, ex lacu nominato* Aſpelången, *milliare ab urbe diſtante, effoderunt, quo eo facilius in cetera O-Gothiæ oppida merces ſuas navigiis transportarent. conf. laud. Dn.* Jonas Pårſſon *in Dial. Mſcr. inter Anders Eſkilsſon & Bengt Pärſſon.*

p) *Hinc Noſtri, ex hoc lacu in alium,* Roxen *dictum, aquam derivaturi, amnem perfoderunt, qui etiamnum ad viam regiam, juxta prædium illud equeſtre,* Norsholm, *olim* Munckeboda *appellatum, conſpicitur. Sed vaſtum hoc opus, variis infortuniis interceptum, nondum abſolutum eſt. conf. cit. Dial. Mſcr. nec non lit. Gubern. O-Goth. Perilluſt. Dn.* Axelii Ståhlarm *ad S. R. M. dat. Linc. d. 27 Maji An. 1685.*

q) Twår-ån *ex obliquo in prædictum amnem illabitur, ex lacu* Strolången *Parœciæ* Skinberga *oriundus. Commendant illum plurima moletrina, ab optimatibus ubivis ædificata.*

montium *r*) ac collium jugis cingitur, in ſingularem incola-

r) *Inter omnes tamen* Ramundershåll, *jam* Ramshåll, *Sudercopiæ ad aquilonem imminens, claret, ad cujus radices magna pars urbis ædificata eſt; cujus vertex, in altitudinem 38. uln. Svet. ſe attollens, ipſam turrim* Templi S. Laurentii *ſupereminet, ut mecum obſervavit Sudermanniæ Geometra, Ingenioſiſſimus Dn.* And. Mörn. *Denominatur hic mons ab inſigni quodam pirata, vel Wiking,* Ramunder *dicto, qui heic, cum ſociis & complicibus ſuis, olim nidum piraticum* (Wikingabole) *ac portum tutiſſimum habuiſſe dicitur a Conſult. Dn.* Cedermark *loc. cit. nec non Dn.* Jona Pärſſon *l. c. Altera pars vocabuli* Ramshäll *deſcendit, vel ab* Häll *petra, vel a voce, in ſcriptis ubivis obvia,* Hall, Haull *vel* Holl, *h. e. aula, palatium Regium. De hoc Ramundo nihil fere certi in priſcis annalibus videas, utrum is fuerit filius Regis cujusdam O-Gothiæ, an gigas quidam immenſæ magnitudinis & fortitudinis: de quo vulgo circumfertur cantilena iſta, vel fabula potius:*

Ramunder gick ſigh i ſtugan in, Alt der, de skräddare ſatte, Hörſtu skräddare, hwad jag ſäger dig, Wil tu giöra Ramunder kläder, Hwarföre icke det, ſade skräddaren, Då ſå giör du mycket wäl, Sade Ramunder den unga. Femtijo alnar til byxetyg, Och femton til byxeremar, Detta skal du wäl giöra mig ſtarckt, Om du skal kläderna ſömma, Detta är mig näſtan trångt, Jag får intet ſtiga min gång, Sade &c.

Neque omnino iſtas vulgi traditiones confirmaverim, homines vento, per diabolicas impoſturas excitato, violenter huc delatos fuiſſe, (conf. Verelii *not. ad Gautr. Saug. p. 101.) quod accidiſſe fertur ſponſæ cuidam Paræciæ* Wånga, *in cujus memoriam confecta eſt cantilena, quæ ad unumquemque verſum his clauditur verbis:*

The Wånge Bergsmän the hämtade Bruden med äran.

incolarum & utilitatem & delectationem. Gaudet præterea opportunitate loci, oceano vicini, ac portus,

Nec iter illud Ramundi ad conjugem ſuam, in monte Omberg, in territorio Lyſingenſi ſito, habitantem, ideo pro vero venditaverim, quia ipſe Ramundus inter proficiſcendum quibusdam dixiſſe fertur:

Grims Hrani på Ramshåll,
Skal fara til ſin Jungfru på Omberg.

Verſus auſtrum mons ille valde præruptus, adſcenſu eſt admodum difficilis. In ejus jugo amœniſſima datur planities, nobis Lekarebacken, *ubi juniores varia ludorum genera adornare ſolent. Præter arbuſta ac piſcoſos lacus, excavatam quandam lacunam, cujus diameter* $2\frac{2}{3}$ *uln. continet, nobis* Myntmäſtar-Kammaren *dictam, ibi conſpicias, ubi, ad quatuor ejus latera, ſcamna ex ipſo monte rite adeo exciſa ſunt, ut artifici, in medio cum ſuis inſtrumentis ſedenti, illa loco ſubſelliorum inſervire poſſint. Forte locum hunc occultum ac diſſitum monetarius quidam adulterinus, dum moneta publica Sudercopiæ olim cudebatur, ſibi doloſe elegit, ne fraus ejus in his tenebris detegeretur.*

Fontes etiam ſaluberrimi ad hunc montem ſcaturiunt: quorum præſtantiſſimi ſunt fons St. Erico *dicatus, cujus aqua limpidiſſima oculis hebetioribus curandis apta eſſe dicitur; nec non alius,* Trummekållan *appellatus, qui per ſubterraneos canales civibus hortisque aquam olim ſubminiſtrabat.*

Præterea abundat mons hic lapidibus chriſtallinis, quorum meminere Ol. Magni *in Brev. Hiſt. Gent. Septent. L. 2. c. 28. p. m. 71. nec non Dn.* Cedermark *l. c.:* At Chriſtallſtenar här (*wid Ramshäll*) ſkulle finnas, är ock icke långeſedån beſannat, då arbetz-folk woro ute, at jämna wägen emellan Staden och Herregården Memb, hafwa de af berget ſandör och klappurſten til ſit behof tagit,

tus, navibus adventantibus commodiſſimi *s*), ad commercia cum exteris & indigenis inſtituenda. Fontibus abundat, limpidiſſima aqua ubique fere ſcaturientibus, quorum facile princeps habendus, Ragnildianus *t*) ille, ad portam urbis orientalem copioſe prorumpens.

och i det ſamma funnit et partie ſlika ſtenar, ſom ännu äro hos folk i Staden och här i negden til fångs, ſomblige ſå exact runda, ſom nått ſwarfwade klot, och andre aflånge, och eljeſt af den skapelun, ſom fyrglas, warandes af naturen ſå tillagade, at de, åſwen ſom utaf en konſt-faren hand ſlipade, eld utaf ſolen kunna uptenda.

Porro metalliferum hunc montem eſſe, nonnulli perhibent. Denique, ne quid in hiſtoria hujus montis deeſſe videatur, forte hoc addendum, in eo olim immorigeros, exquiſitiſſimo eqvuleo impoſitos, quæſtioni datos fuiſſe, ad iſtius ſeculi morem. Hodie calvaria facinoroſorum & patibulum ibi, non ſine horrore, videas.

s) *Vid.* Seb. Munſteri *Coſmogr. L. IV. fol. 1203. conf. b. m. Doct.* Joan. Matthiæ *PentaPoliGrammaton O-Goth. Holm. 1613. & Rev. Dn.* Jonæ Petri *Diction. ſub lit.* Sud, *aliosque, quos ſuo loco indicabimus.*

t) *Nondum liquet, quæ & cujas fuerit illa* Ragnild, *quæ huic nomen olim dedit. Exiſtimant Cl. b. m. M.* Samuel Bothwidſſon *Suderc. in Diſſert. de Propag. Relig. Chriſt. in Regn. Sueog. hab. Gryphiswald. d. 4. Jul. A. 1689. c. 2. §. 3. ut &* Jonas Pårſſon *in laud. Dial. illam fuiſſe Regis* Ingonis IV. *Conjugem; quippe illius tempore dicuntur, juſſu Regio ſimul ac Pontificis, incolæ plurimi habuiſſe fontes celebriores. conf. Nob. Dn.* Grubb *de Prænom. Sueog. edit. Linc. 1675. ſub voc.*

§. III.

Antiquitatem urbis, quoad fieri poteſt, inveſtigat.

Anxius ſollicitusque exactam ætatis hujus Noſtræ notitiam jam diu perquiſivi; eam tamen adeo

Ragnil. *Alii ad ſuperſtitionem Pontificiam propagandam, & lucri quid captandum, ſine dubio de hac Noſtra finxere, eam fuiſſe virginem caſtam ac inſontem, quæ, dum in graviſſimum quoddam crimen incurreret, capitis ſupplicio ad hunc locum fuerit affecta. Antequam vero decollaretur, fertur illa divinam nemeſin ſuæque innocentiæ teſtimonium ſupplex imploraſſe; quod tragicum ejus caſum ſtatim excepiſſe fertur, fonte hoc eum in modum ebulliente, ut neque culcitris, repente adhibitis, nec aliis mediis, niſi precibus ad Deum ſollicite fuſis, vis aquarum, totam urbem in præſentiſſimum civium diſcrimen inundantium, reprimi potuerit. Hinc vero quis miretur, virginem iſtam a credulis ejus veneratoribus canonizatam, fontique huic neſcio quid ſanctitatis affictum fuiſſe? Certe credula vetuſtas turrim, imagine hujus Noſtræ inſignitam, fonti, in perennem rei memoriam, ſuperimpoſuit. Hæc vero ornamenta, tempore plurimum collapſa, hodie in tabula, eam in rem a D. M. G. von* Block *delineata, fontique appoſita, videas.*

Ad hunc fontem, qui ideo notabilis *dicitur* JonæPetri, *in Diction. voce* Sud, *S. S. Baptiſmum a primis Præconibus olim fuiſſe adminiſtratum, innuit Rev. Dn.* Bazius *in Hiſt. Eccl. Sueo-G. L. I. c. XI. p. 136. qui & peregrinationes ex locis maxime diſſitis, h. e. Italia & Hiſpania &c. huc inſtitutas fuiſſe fatetur, cum Generoſ. Dn.* Urb. Hierne, *in Tr. de Acidulis Medew. ed. Holm. 1680. p. 152. Multus quoq; eſt b. m. Dn.* Dan. Kylander *in cit. Orat. de Oſter-Gothia, in aqua hujus fontis, ob ſaporem & ſalubritatem, laudanda, ut alios taceam. Hinc Comites Palatini Rheni,* Johannes Caſimirus, *Pater Gl. m. Regis* Caroli Guſtavi, *& filius* Adolphus Johan-

eo latere deprehendi, ut illi inveniendæ ne Argi quidem oculi ſufficiant. Interim Cl. quorundam Virorum auctoritate nixus, quandoquidem

B 2 in

Johannes, *in caſtrum Stekeburgenſe, ubi ambo, ſeculo proxime elapſo, reſidebant, certam aquæ menſuram, quam quotidie fere in corporis ſanitatem ebiberent, hinc transportari paſſi ſunt. An. 1719. laudatus Nob. D.* Block *non tantum fontem hunc reſtauravit, ſed & ægrotos peculiari tractatu, a ſe in laudem fontis Ragnildiani edito, aliunde huc evocavit, eosque hoſpitio, in eorum uſus heic ædificato, excepit. Concludimus elogio hujus fontis, a D.* Hier. Walch *egregie confecto:*

Er rinnet allezeit bis oben angefüllet,
Der Winter ſeine Quell nicht hemmet oder ſtillet:
Ob gleich der Sonnen Licht rennt durch des Löwens Haus;
Und alle Bäche ſonſt und Brunnen trucknet aus,
So rinnet dieſe Quell mit ihren vollen güſſen,
Auch weñ der Regen fält, kan ſie nicht reicher flieſſen:
Kein Eis wird hier gemerckt, trinck, bade, wie du wilt,
Der Brunn iſt vor, wie nach, mit Waſſer angefult.

Quicquid denique huc pertineat, eleganter, pro more ſuo, in compendium miſit Dn. Cedermark *l. c.* Utan för öſtra Tullporten är den namnkunnige Ragnilds källa belägen, ſom af forna tider warit och ännu är med trätorn öfwerbygd; hon rinner alt ſtadigt både winter och ſommar, igenom twänne ſtora trummor, med hårdt bruſande, ſom tilſammans göra en laglig bäck. Hennes watn är mächta klart och wälſmakande, hafwandes et anſeende af mineral, hwilket den röda materien der finnes,

in re, non adeo perſpicua, certe a memoria noſtra remotiſſima, conjecturis haud plane abſurdis etiam aliquis locus ſit u); pro modulo ingenii periculum faciam, in medium allaturus argumenta, pro ultima Noſtræ antiquitate, probabiliter ſatis militantia.

1. Ab ignoratione ipſius conditoris, ad obſoletam urbis vetuſtatem V. C. Nam *quo recentiora quæque, eo magis nota, magisque certa eſſe conſueverunt v*).

2. A natura & commoditate loci, rerum quarumlibet neceſſariarum copia affluentis, utpote aucupiis, venationibus, præcipue vero piſcaturis *w*).

3. A

finnes, och den blå hinnan, med hwilken hon öfwerdrages, nogſamt ſynes bewitna, jämte de många ſiuka, ſom watn der taga och dricka, och ſig deraf ganska wäl befinna. Omskiönt wintren är aldrig ſå ſtark, betäckes denna källa eller des watn aldrig med ijs; ja, det ån mer år, når hon i näſtliggande ån faller, kan den ſidan, utmed hwilken hennes watn flyter, uppå et långt ſtycke intet med ijs öfwerlöpa, utan går altid öpen.

u) *Vid.* Loccenii *Ant. Sueo-G. L. I. c. I. p. m. 1. conf.* Rudbeck *Atl. Tom. I. c. I.*

v) Schefferus *in de Upſ. Ant. c. II. p. 15.*

w) *Vid.* Rudbeck *Atl. T. I. c. I. §. 4. p. 12. & c. IV. §. 12. p. 87. & 88. conf. Nob.* Wilde *Hiſt. Pragm. Regn. Suec. c. II. §. XI. pag. 69. ſq. Affatim piſcium, tam ex fluvio, quam lacubus vicinis, haberi poſſe, & quotidiana experientia, & exempla illa, a laud. Dn.* Cedermark *l. c. allata, ſatis comprobant, unde patet, quindecim millia eorum una piſcatura olim capta fuiſſe. Quis igitur dubitet, quin veteres, ad penu hoc, eorum tempore longe uberrimum, lubenter conſederint?*

3. A ſitu ad montes præruptos, quo ab aliorum invaſionibus in latebris montoſis tuti viverent *x*).

4. Ab arte piratica, quam per crebras excurſiones aliorſum exercebant veteres, ſedibus ſibi ad litora maris fixis *y*). Quis enim naves, ipſis dominis procul abſentibus, contra ſubitaneam hoſtium vim defenderet?

5. A collibus ſepulcralibus, vulgo *Ättebackar z*) quam plurimis, nec non ſaxis Runicis, ipſius Chriſtianiſmi

x) Ut me perbenigne docuit Max. Rev. Archipræp. Linc. Dn. Doct. Andreas Ol. Rhyzelius: *conf.* Verelius *in not. ad Gautr. Saug. p. 29. Unde quoque* Jornandes *fatetur, plurimos quondam Gothorum exciſas rupes pro caſtellis inhabitaſſe, eaq; ipſa munimenta,* Scantzen, *dixiſſe, ut perhibet* Hugo Grotius *in Proleg. ad Hiſt. Gothor.. p. 3. conf. Nob. Dn.* Wilde *l. c. c. II. §. VII. p. 56. Majores vero noſtros quotannis piraticam licite exercuiſſe, ex plurimis patet ſcriptoribus.*

y) Hinc non temere autumat Præcl. b. m. M. Arvidus Borænius, *in diſſ. de Scand. reb. marit. p. 92.* proxima quæque loca maritima, ad piraticam exercendam idonea, primum occupata fuiſſe. *Huc quoque plurimum confert opportunitas ſitus, ad ſalſam maris & dulcem fluviorum aquam: ut cum Præſule Lincopenſ. Reverendiſſ. Dn. Doct.* Erico Benzelio *in Coll. mſ: Hiſt. Suec. L. V. c. XIV. dicam:* Få Städer åro, om hwilka man kan ſäja, at de ligga wid ſalta ock friſka watnet, ſå at man kan af det friſka watnet betiena ſig uti hushållet, och af det angråntzande hafwet den nyttan hafwa, at kunna ſina warori til andra orter utskieppa och andra åter införa.

z) Ad portam urbis orientalem, ingens conſpicitur tumulus,

ſtianiſmi tempora antevertentibus. Neque enim tot templa ac cœmeteria olim fuerunt *a*) : quælibet enim familia ſua tum habebat ſepulcreta, ſive *Ättbagar*, ubi mortuos ſuos condebat : invaleſcente autem Chriſtianiſmo, mos iſte ſenſim abrogatus eſt *b*).

6. A vetuſtiſſimo illo munimento *Borgen*, quod in monte *Ramshäll* ad aquilonem, ubi mons ille in bina ſe attollit capita, a *Ramundo*, ut creditur, vel aliis gigantibus *c*), ex magnis ſaxis olim congeſto, quod etiamnum ruinam alicubi minans, cum quinque omnino portis *d*), hodienum conſpicitur. Huc

lus, jam Korskuln *nominatus, ubi Rex quidam O-Gothorum, ad morem iſtius ævi, dicitur eſſe ſepultus. Quia vero noſtrorum collium & ſaxorum Runicorum ætatem ultimam nondum nobis licuit, juxta novum illud Celeb.* Rudbeckii *in Atl. T. I. c. VI. & XXXVIII. inventum, adcurate inquirere, hoc negotium alii reſervamus occaſioni, ſi DEO ita viſum fuerit.*

a) *cfr.* Olav. Petri *Chron. Suec. fol. m. 58. Idem confirmat Celeb.* Verelius *in not. ad Gautr. Saug. p. 88. cfr. Nob.* Wilde *l. c. p. 60.*

b) *Vid. Dn.* Elis. Hyphoff *Introd. ad Hiſt. Suec. p. 43.*

c) *Vocabantur illi olim* Jottnar, Jåttar, Riſar, Halfriſar, Bergriſar, Bergbuar, Uſſar, Hrimuſſar, Uſſablendningar. *Eos vero, qui audacia & viribus prævalebant, adpellabant* Kempar, Kappar, Berſerker, Holmgaungumen, Bardagamen. *vid.* Verelii *not. ad Gautr. Saug. p. 100.*

d) *Conſult. Dn.* Cedermark *l. c. De illius vero antiquitate Celeb. b. m.* Olav. Rudbeck *Pater, in Atl. Tom. I. p. 15. erudite admodum judicat :* Et hæc monimenta, e rudi tantum

Digitized by Google

Huc ſine dubio, tanquam in receptaculum longe tutiſſimum, ingruente hoſtili inſultu, res majorum noſtrorum pretioſiſſimæ, cum feminis ac pignoribus, delatæ fuerunt. *Neque enim veteres domicilia ſemper figebant, ubi deliciæ eos invitabant, ſed ubi commodius præſidium adverſus inimicorum invaſiones occurrebat*, teſte Celeb. *Verelio e)*.

Denique

tum materia congeſta, præcipue commendat operis maxima ſimplicitas, quæ ultimæ vetuſtatis certiſſimus index eſt. *Diſtat vero hoc munimentum, ab ipſa urbe, quartam ferme partem milliaris, cujus murus, præter varia altarum rupium interſtitia, adcurate dimenſus,* 847½ *continet ulnas, adeo ut ipſa peripheria munimenti fere dimidiam partem milliaris conficiat. Altitudo ejusdem muri, ubi adhuc integer conſpicitur, 6 ulnarum eſt; latitudo vero 7. Notabile eſt, munimentum hoc olim, ad tria ſui latera, aquæ vivæ lacuum,* Oxtorpſiön *&* Egelſiön, *adjeciſſe. In ipſo hoc munimento, præter arbuſta, planitiem quandam, lapidibus affabre ſtratam, admirabundus videas, cujus peripheria 500. paſſus ordinarios comprehendit. In hac iterum tres offendas lacunas, in formam cacabi ſinatas, & mediocribus muris ſeptas, quarum duæ majores ambitum 63. paſſuum tenent, tertia autem minus eſt ſpatioſa. Ubi cœlum eſt ſerenum, ex ſummitate hujus verticis, in conſpectu tibi erunt, non ſolum Norcopia, verum etjam quindecim omnino Templa, & plurima Magnatum prædia. Fertur etiam, ſed neſcio qua fide, heic ſæpius conſpici pomaria ſuaviſſima, quorum fructu veſci licet, ea tamen lege, ne quid eorum hinc ſurripiatur. Habentur quoque heic inuſitatæ magnitudinis ſaxa, non niſi giganteo robore congeſta, ideo* Jätteſtenar *vulgo dicta, ad quæ, deploranda cæcitate, ſacra ſua primum fecere veteres. cfr.* Loccenius *in Antiqu. Sueog. c. III. p. m. 18.*

e) In not. ad Hiſt. Hervoræ p. 8.

Denique 7. ab ipſo *Köpingiæ* vocabulo, quo vetuſtiſſima Sueo-Gothiæ emporia inſigniri ſolebant. Nam *olim non alio civitates nomine inſignitas exſtitiſſe, quam vulgari nomine Köping, id eſt emporium; quam hodie nomenclaturam plurimæ per Sueciam & Gothiam retinent urbes, nonnulla ipſis, diſtinctionis gratia, nota differentiæ appoſita, ut liquido conſtat ex his: Suderköping, Norköping, Linköping &c.* fatetur *Meſſenius f*). Neque dubium eſt, quin in ejusmodi Köpingias etiam, commerciorum gratia, confluxerint primi ævi homines; quandoquidem in ſocietate humana alter alterius ope carere vix poterit. Quis vero Sudercopiæ hanc præripiat gloriam, quod priſca commerciorum abundantia fuerit locupletisſima, quippe quæ ante centum, & quod excurrit, annos, *celebre fuit totius regionis iſtius emporium*, teſte Reverendiſſimo b. m. Archiepiſcopo Dn. Doct. *Laur. Paulino Sudercop. g*); *cujus ſimile, navigationibus & mercimoniis, in tota Oſter-Gothia non invenit antiquitas*, fatente Cl. Dn. *Magno Samuelis Aſp h*)? Certe id confirmare videntur tot coronationes Regum ac Reginarum, tot comitia conciliaque, ibi quondam peracta, quot vix in ulla alia civitatum O-Gothiæ fuiſſe, ex priſcis annalibus cognoſces.

Ex his aliisque Noſtræ prærogativis, facile concluſerim, eam nulli urbium Gothi-

f) *In Spec. Regn. Sueog. c. XX. p. 59.*
g) *In Hiſt. Arct. l. I. c. XVIII. p. 66.*
h) *In Hiſt. ej. O-Goth. de An. 1647.*

Digitized by Google

Gothicarum antiquitate cedere *i*). Interim a quibus primum fuerit exſtructa, Ramundo ne, ut exiſtimat Cl. Dn. *Jonas Pärſſon k*), an aliis, in re, tantis tenebris, ob pertinax Hiſtoricorum ſilentium, involuta, definiri omnino nequit *l*).

§. IV.

Antiquam ejus faciem adumbrat.

Venerandam antiquitatem magnifica primis temporibus ædificia non oſtentaſſe, eo credibilius eſt, quo ſtudioſior illa erat rerum, ad uſum & neceſſitatem, quam ad ſplendorem, pertinentium. Hinc ligneas humilesque caſas, ceſpitibus tectas, præſertim in minoribus urbibus atque ruri exſtruebant majores noſtri, quo minus obnoxiæ eſſent aëris injuriis, ac frigoris ventorumque inclementiæ. Commerciis autem cum exteris increſcentibus, aliam ſubinde & ornatiorem urbes ſortiebantur faciem,

C

i) *vid. Dn.* Cedermark *l. c. & cit. Dial. mſ. & Celeb.* Verelius,*qui, in funebri elogio in Rev. Dn.* L. Paulinum,*Sudercopiam noſtram appellat* civitatem, antiquitatis veneratione commendabilem.

k) *l. c.* är icke orimligit tänckia thenne Staden (*Söderköping*) tagit ſin begynnelſe, på then tiden thet närliggande berget Ramshäll hade fådt ſit namn af Ramunder, ſom förmenes med ſina Kiämpar hafwa föröfwat ſiöröfweri, och utan twifwel hit haft ſit inlop, för den ſäkra hamn och lägenhet skul här är. Hwadan wäl troligit är, hafwa blifwit en begynnelſe, förſt til en fläck, och ſedermera til en fulkommen ſtad.

l) *cfr. Celeb.* Verelii *not. ad Hiſt. Hervoræ p. 7. item* Sam. *von* Pufendorff *Continuirte Einleit. zur Schwed. Hiſt. p. m. 4.*

ciem ; ex ædibus ligneis, immo nonnunquam lateritiis, in trium vel quatuor contignationum altitudinem evectis. Unde Præcl. b. m. Mag. *Daniel Jonæ Kylander* de Noſtra ſuo tempore ita memoriæ prodit : *Sudrocopia , multis nominibus olim celebris civitas, prioribus luſtris, opibus, potentia & habitatoribus redundans fuit: domicilia ibi dantur per totam civitatem ſumtuoſe exſtructa , tam extra quam intra optimo modo adornata, pulchro quoque ordine ſecundum lineam rectam diſpoſita, ut rectas & pervias in civitate efficiant plateas: quæ ratio non ſolum utilis ad negotia, tam privata, quam publica, in civitate commodius expedienda , verum etiam facit multum ad ornatum & civitatis elegantiam m).* Urbi præterea inſigne omnino ornamentum olim conciliabant *Dronningegården n) : Boosgard o)*, aula Dominæ *Magdalenæ, Caroli VIII* Regis Gl. m. filiæ, & Conjugis Domini *Iwari Axelii Tott*, Gothlandiæ quon-

m) vid. cit. ej Declam. de O-Goth. Hæc vero confirmat ſpeciale S. R. M. edictum, dat. Stäkeborg. d. 1. Decemb. An. MDLXXII. quod, utpote cum privilegio, ab eodem gl. m. Rege clementiſſime Lincopiæ conceſſo , apprime conveniens, mutatis mutandis, legi poteſt, in diſſ. Dn. Ryding *de Lincopia p.27.*

n) Illud in Sancte Larſa Kyrkio-Jord Bok *d. 24. Novemb. An. 1589. conſignato, quem benigniſſime mecum communicavit Pl. Rev. ac Præc. Dn. M.* Petrus Lithzenius *P. & P. Sud. inveni adnotatum, ubi fol. 10. hæc leguntur verba: N. N.* haffuer ett ſtycke af en gråſtomptt - - räntar penningar 3 öre. *ubi in margine comparent adſcripta:* ligger bak i Dronningegården.

o) Vid. Meſſenii *Tumb. c. XVIII. p. 50.* Boosgard *vero, quaſi* domicilium Bononis, *ab Illuſt. quondam Regni Drotzeto,*

quondam Gubernatoris : nec non *Palatium* Regis *Johannis III. p)* , quorum ſingula in uſus Regum ac Reginarum Sueciæ , uti decebat , ſplendide exædificata erant, quo, vel ob negotia regni, eo commodius expediunda , vel oblectamenti ergo , heic aliquantiſper annuatim reſiderent *q)*. Præter nomina horum palatiorum, hodie nihil fere ſupereſt,

 adeo

Drotzeto , *Dn.* Boo Joanſſon *eſt denominatum* , *qui illud ſplendide exædificavit : obiit ille An. 1386. vid.* Ol. Petri *Chron. Mſcr. fol. m. 106. Poſſeſſor illius hodiernus eſt Illuſtriſſ. Comes & Generalis* , *Dn.* Carolus Emilius Lewenhaupt.

p) Robur hiſce conciliant ſpeciales literæ Regiæ, quas heic in majorem lucem inſerere lubet: Swar till Per Olufsſon wm then Byggning K. M:t will at förhänder hafues skall på Carl Cammarſuens tompt udi Söderkiöping. Datum d. 4 Junii 1578. Wij hafue bekommit thin ſcrifuelſe, Per Olufsſon , ther med tu föregifuer monge beſueringar wm thet huus , ſom hafuer hördt Carl Cammarſuen til uthi Söderkiöping , icke kan nu blifue vpbygdt , effter ſom Wij befalet hafue; ſå mhå tu uethe, at Wij ſådana enskyllinger icke wele hafue eller höre, och wele Wij ähnnu , ſåſom tilförende, hafue thig ther med alfuarligen budit och befalledt, at thu med al flijt winlägger tigh ath ſamme huus motte nu i thenne ſommar, ſå mychit mögeligit är, blifue upbygdt, ehuad råd och medel tu ther till finne kan,&c. *Vid. Regiſtrat. lit. S. p. 99. in Archiv. Regn. Quod ſi talia in decrepita urbis ſenectute ſuſcepta , quid ſentiendum de ejus flore?*

q) Eandem quoque fovet ſententiam ſæpius cit. Jonas Pärſſon *l. c.* Hålla ock the gamle före, at här i Staden *(Söder-*

adeo ut ſitus illorum vix nobis conſtet : *Boosgard* vero etiamnum notiſſimum eſt. Quod ſi pomœria urbis egrediamur, quid dicendum de *Aula Skärkindenſi*, Folckungorum, poſtea Principum, *Erici* & *Waldemari*, fratrum Regis *Birgeri Magni*, ſede *r*)? Quid de *Liljeſtad*, natali ſolo Gl. m. Reginæ, *Gunildæ Bielke*, ad oſtium fluminis noſtri ſito *s*)? Quid de arce munitiſſima, *Stekeburgenſi*, quippe quæ non modo decus ac munimentum urbis noſtræ, per multa retro ſecula, fuit ſingulare, verum etiam de Gl. mem. Regis, *Johannis*, heic ipſo die Thomæ, A. MDXXXVII. nati, cunis etiamnum gloriatur *t*)? Quid deniq;

(*Söderköping*) skulle i forna tider warit en Drottegård, på hwilken Konungarna, eller Landz-Herrarna ſig, ſom på andre ſine Gårdar, til en tid för luſt skul hafwa uppehållit. *Et paucis interjectis:* Intet twifwelsmål må wara derpå, med mindre här i Staden hafwa ju månge ſtåätlige Drottars och Jarlars huus warit upbygde, ſåſom en del ännu til denne tid kundbare äro. *Sic Dn.* Cedermark *l. c.* Forna Konungar och de förnämſte af Ridderskapet hafwa hafft til denna orten et ſtort behag.

r) *De illa in marg. Chron. Maj. Rhythm. ed. ab* Hadorphio *p. 136. comparent ſequentia:* NB. wid Skärkind i öſtergiöthand, war fordom ett ſtoort Folckungarnes och nu Hertogarnes Säterij på then tijden; hwareſt de åthskillige Bref och Privilegier daterade: men nu finnes ther intet igen meer än ett ſtycke af een ſteenbro ifrån Suderkiöpingz wägen diit åth.

s) *Ibi adhuc plurima conſpiciuntur rudera ædium lateritiarum, ut & cellarum maximarum.*

denique de *Ringerum* , ubi Rex O-Gothorum, *Ringo*, habitaſſe, pagoque huic nomen dediſſe creditur, quaſi *locus vel palatium eſſet Ringonis u)*? Taceo arces Regias, *Bråborg*, *Schenäs* & *Rönö* , huic urbi contermінas , nec non *Memb v)*, equeſtre illud prædium ſatis illuſtre ac vetuſtum , ad oſtium fluminis noſtri. Quis itaque neget, Noſtram optima ac jucundiſſima quondam gaviſam fuiſſe facie, quippe tot tantisq́; tam intus , quam extra , Regiis condecoratam palatiis ? Hanc vero , tot calamitatibus oppreſſam , tot mutationibus obnoxiam , nimium quantum priſtino excidiſſe ſplendore ac ambitu ſatis ſpatioſo, indicant plateæ, extra urbem , ad quartam partem milliaris , lapidibus paſſim etiamnum ſtratæ , tigna combuſta , acervi tegularum & carbones , quos in agris inter arandum ſæpius deprehendas,

t) vid. Rev. b. m. Linc. Epiſc. Doct. J. E. Terſeri *Chronol. p. 1560.* Ex prædicto caſtro, *judicant laud. Præcl. Dn.* Kylander *l. c. & Rev. b. m. Epiſc. Linc. Dn.* Jonas Petri *Goth. in Orat. Paneg. de O-Goth. hab. Linc. 4. Cal. Jul. A. 1613.* haud parum celebritatis & ſecuritatis, civitati Sudercopenſi, totique patriæ acceſſit , quum veluti propugnaculum ſit , totam Oſtro-Gothiam ab hoſtium incurſionibus immunem , immo tutiſſimam, reddens.

u) Cujus meminit Cl. Jonas Pärſon *l. c. hiſce verbis:* Förmenes och eljeſt Konung Ring , den der Konung har warit uti Öſtergiöthland, icke långt bodt ifrån denne Staden , och honom effter ſig gifwit den byen namn, ſom ån i dag kallas Ringerum.

v) Illud, ſingulari prorſus cura ac munificentia hodierni Poſſeſſoris & O-G. Legiferi , Generoſ. Dn. Danielis Sparrſchöld , *quotidiana ſentit incrementa.*

tam occidentem *w*), quam orientem verſus. Unde patet, illa loca domibus & plateis olim ſplenduiſſe. Exuſtis vero ædificiis, flamma, ut ſuo dicendum eſt loco, hoſtili, civibusque, vel trucidatis, vel in captivitatem abductis, vel alio demigrantibus, Noſtræ decus eum in modum decrevit, ut, quæ olim ultra dimidium milliaris exporrigebatur, vix quarta ſui parte ſe hodie cultam conſpiciat.

Accedit denique hoc priſcæ magnitudinis argumentum, ex Templorum hujus urbis frequentia petitum, in membranis ac codicibus antiquis commemoratorum *x*).

Taceo ingentem illam totius prope Sueciæ turbam, ad coronationes & comitia huc delatam, intra anguſtos oppidi limites vix cogendam.

§. V.

Hodiernam delineat.

Natura quaſi ipſa hanc Noſtram in tres omnino

w) *Cl.* Jonas Pärſſon *l. c. id egregie l. c. demonſtrat.*

x) *Præter templa, per DEI gratiam, etjamnum reſidua,* St. Laurentio *atque* St. Dorotheæ *ſub papiſmo dicata, ſequentia hæc mihi in membranis ac libris antiquis obvenere, utpote: 1. Templum* St. Trinitatis 2. St. Spiritus 3. St. Æliani. 4. St. Ægidii, *&* 5. St. Olavi: *nec non Ædes ſacræ minores, quas Capellas vocitarunt: nimirum 1. Capella* St. Trinitatis. 2. St. Spiritus 3. St. Laurentii. 4. Omnium Animarum. 5. Reverentiæ, *vulg.* Reueroſſ-Kappelle *&* 6. St. Johannis. *De quibus omnibus, ut & monaſteriis,* Domus St. Spiritus, Fratrum minorum *ſeu* Franciſcanorum, & St. Georgii, *jam ſolo æquatis, aliisque, ad ſpecialia urbis pertinentibus, in poſterum, ſi DEO ita viſum fuerit, ulterius ſumus acturi.*

no partes (*Quarter*) voluit diviſam, quæ etiamnum habentur: *Winterwadzquarteret* y), *Bergsquarteret* z), & *Hagaquarteret* a). Tria urbis fora videas; unum

y) *Hac particula, fluviis majori & minori incluſa, a ponte* Winterwadzbron, *ad forum* Stora torget, *& deinde, in formam trianguli, ad* Munckbron *atq; Templum St. Dorotheæ, exporrigitur.*

z) *Nomen ſortitur ab imminente monte,* Ramshäll.

a) *Sine dubio quædam hujus regionis pars, commune civitatis buſtum ſub paganiſmo fuit, ideo* Haga *dicta, quo nomine veterum tumuli olim veniebant: vid. Hiſt. Herv. c. 7. Unde Gulathings Lagen c. XIV.* Brytr madr haug, *h. e. ſi quis tumulum violet, cit.* Verelio *in Lex. Scand. Hinc* hauga alldur, öfwerſta toppen på högarna, *vertex vel ſummitas tumulorum, vid. Hiſt. Herv. l. c. p. 90.* hauga elldar, eldar ſom brinna utur högarna, *ignes fatui, qui in tumulis non raro videntur: vid. l. c. p. 88. &* haugbuar, ſpökelſe, gaſtar, högboar, *lemures, ſpectra, tumulicolæ. Illud vero memoratu dignum, quod hæc urbis regio jure hereditario ad Regem Gl. m.* Carolum Canuti *pertinuerit, unde quoque ſinguli ejus incolæ quotannis pro fundis ſuis tributi quid* (tomtöre) *ei ſolverunt. Deinceps idem jus, cum aula ſupra nominata,* Boosgardenſi, *ceſſit filiabus ejus,* Chriſtinæ *&* Magdalenæ, *ut ex literis Dn.* Erici Erichſſon *&* Iwari Axelſſon, *maritorum Principum prædictarum, dat. Stegeborg An. D:ni MCDLXXVII. colligere licet. His vero defunctis, ad Regem Gl. m.* Johannem III. *hæc devoluta eſt hereditas, unde Rex Sereniſſ. calamitoſis ejus incolis immunitatem tributi jam dicti clementiſſime condonavit An. MDLXXII. vid. Privil. Sudere. antea cit. & lit. Reg. ad* Pehr Olſſon, *dat. ex arc. Upſ. d. 6. Aug. An. 1582. Hæc urbis pars, a ponte* Munckbron, *ad fontem Ragnildianum extenditur.*

unum occidentale, *Gambla* vel *Lilla Torget* vocatum; alterum, in media fere urbe ſatis amplum, *Stora Torget*: tertium denique, extra urbem, orientem verſus, ſitum eſt, *Marknadzplatzen* dictum, ubi nautæ & piſcatores marini, ſtatis diebus, piſces, vel numerata pecunia quotannis vendunt, vel frumento accepto commutant. Ad forum illud, *Stora Torget*, Curia lateritia, & amplitudine & vetuſtate commendabilis, exſtat, cujus ruinas, in cinerem datas, excitavit cura ac gratia Gl. m. *Johannis III.* A. MDLXXV. (*b*). Illam alta jam condecorat turris, cum campana ſuaviſſimi ſoni, fuſa Anno Domini MDLXXI, ut alia loca publica præteream.

Fluvio

b) vid. Regiſt. P. p. 104. in Archiv. Regn. De Curia Dn. Cedermark *l. c.* Stadzens Rådſtuga lärer wara tämmelig gammal; men likwäl til ſin ſtructur ike hafwer ſin like i öſter-Göthland: har ock et högt torn tillika med et ſtort slaguhr, och utan på med twänne förgylta wiſare beziradt. *Servatur heic magnus, &, ut a veteribus dicitur, giganteus gladius anceps, vulg.* Slagsſwerd *vel* Kämpeſwerd. *Ut taceam vetuſtiſſimam Gothorum ulnam, parieti hujus curiæ infixam, aliaque perplurima notatu digna. Curiam laud. Dn.* Cedermark *An. 1690. nec non Dn.* Car. Guſt. Grotte *A. 1730. & Dn.* Laur. Bonander *A. 1734. Conſules Sudercop. laudatiſſ. egregie reſtaurarunt. Ad latus occidentale horologii prædicti obiter notanda eſt affabre exſculpta imago capitis ſenis cujusdam, quod ſingulari artificio, ore diducto, in adſpectantium admirationem, indicat, quota ſit hora. Etiam globus quidam, altera ſui parte albus, altera niger, ſub nominato capite conſpicitur, ad indicanda, nunc novilunia, nunc plenilunia.*

Fluvio majori ſuperimpoſitos cernes tres pontes ſublicios, utpote *Munckbron c)*, *Gambla Bron* & *Ny Bron*; minori vero binos, *Winterwadz-Bron d)*, & *Torg-Bron*, ne de ponticulis quid dicam.

Telonia, ſeu portæ urbis, ad plagas mundi, quatuor comparent: Occidentale (*Weſter-Tull*), per quod Lincopiam, Scheningiam, & Wadſtenum: Septentrionale (*Norr-Tull*), qua Norcopiam itur *e)*: Orientale (*Öſter Tull*), quod in terreſtre & maritimum (*Landz-och Siö-Tull*), & hoc iterum in majus & minus (*Stora-och Lilla Siö Tullen*) diſtingvitur, unde ad arcem Stekeburgenſem & Weſterwikiam iter ſuſcipi ſolet *f)*: & denique Meridionale (*Söder-Tull*), qua via ad ſilvicolas territorii *Tiuſt* tendas. His etiam alii adnumerandi ſunt ingreſſus, utpote *Öfra & Nedra Bergs-Bommen*, prope montem *Ramshäll* illac ad laudatum prædium equeſtre *Memb*, parœciam *Tåby*, *Åå* &c. hac vero Norcopiam eas, aquis præcipue vernalibus & auctumna-

D

c) Munckbron *dicitur, quod monachi Domus St. Spiritus, per illum, in urbem tenderent. Par ratio eſt adjacentis plateæ, quæ olim* Brödra-Gatun, *jam autem* Munckbro-Gatan *audit.*

d) *Ita vocatur, ab illuvie aquarum, viam regiam agrosq; finitimos, inſtar vadi, ſubinde inundantium.*

e) *Taceo minorem quendam, quem* Rännebommen *vocitarunt, a* Ränna, *currere, dictum.*

f) *Tria hæc telonia, cura laudati Dn.* Bonander, *An. 1734. egregie ſunt reſtaurata.*

auctumnalibus pontem *Winterwadzbron*, jam nominatum, inundantibus, vel turbantibus.

Hodiernæ plateæ ſunt : *Stor-Gatan g)*, *St. Lars Gatan*, *St. Drotbens-Gatan*, *Kyrkio Gatan*, *Schol-Gatan*, *Capell Gatan*, *St. Ragnilds-* vel *Skinberg-Gatan*, *Stora & Lilla Aå-Gatan*, *Munckbro Gatan*, *Winterwadz Gatan*, *Bergs Gatan*, *Ladu Gatan & Grön Gatan h)*, præter minores, huc & illuc tendentes, memoria vix dignas. Formam vero urbis hodiernam quod attinet, ejus longitudinem latitudini prævalere, ex tabula illa, operi Dahlbergiano inſerta, patet.

§. VI.

Celebritatis quasdam notas indagat.

Strictim ſic indicatis iis, quæ tam de antiquo, quam recentiori Noſtræ habitu, dicenda occurrant, priſtina ejus celebritas paucis inculcanda nobis eſt. Certe huic, utpote veneranda canitie inclytæ, nihil non gloriæ ac prærogativæ deberi, ex ſequentibus patebit.

1. In

g) *Illam, ſimul ac St.* Ragnilds Gatan, *nuper, ad mandatum Magiſtratus, ſtraverunt Sudercopienſes.*

h) *Præter plateas, ſupra enumeratas, inveni quoque in vetuſtis membranis aliarum fieri mentionem: e. gr.* Köpman-Gatun, Skeppar-Gatun, Smedie-Gatun, Snichar-Gatun, Slachtar-Gatun, Clöſtre-Gatun, B ſtu-Gatun, Torgh-Gathun, Qwarna-Gathun, Kulla-Gathun *&c. quæ, licet jam nobis, qua ſitum, ſint ignotæ; tamen aliquo modo priorem urbis capacitatem indicant.*

1. In literis Illuſtriſſimi quondam Regni Gubernatoris, piæ mem. Dn. *Stenonis Sture, Senioris*, ad omnes urbes O-Gothicas datis, *Sudercopiæ*, ut principi, primus tribuitur locus *i*). Idem factum eſſe videas, in ſubſcriptione Auguſtanæ Confeſſionis, Upſaliæ menſ. Febr. An. 1593.

2. Oſtentat hæc Noſtra, tanquam palladium quoddam, vetuſtiſſimum codicem Legis municipalis membranaceum, inſigne ſui κειμήλιον, ac certiſſimam celebritatis notam *k*).

3. Regina *Margareta*, hanc urbem, utpote populo-

D 2

i) *Litera ipſius Dn.* Stenonis *data MCDLXXXI. ita habent:* Jak Sten Sture, i Gripzholm Riddere, Swериges Rikes Forſtandere, helſer alle the Dandemen, Borgmeſtere, Radh och menighedh, ſom boo i Suderköpingh, Wadſtena, Linköpingh, Skeninge oc Norköpingh, ewinneliga medh Gudh. &c. *vid.* Hadorphius *in Alleg. p. 302.*

k) *Cujus quoque meminit Nob.* Stiernhöök, *de Jure Sueon. Vetuſt. p. 20. & 113. ubi confitetur*, ſe leges Sudercopenſes vidiſſe. *Ipſa legis inſcriptio hæc eſt:* Her byrjas Sutherköpungs Lagh boch: *abſolvitur vero hiſce verbis:* Completus eſt Liber iſte, ſub manu Konradi ſcriptoris, Anno ab incarnatione D:ni MCCCLXXX, ſeptimo circa Michaëlis.

Explicit iſte liber: ſit ſcriptor crimine liber.

Hunc codicem, in folio nitidiſſime ſcriptum, tanti fecerunt veteres urbici, ut illum non ſolum ligamento rubro compegerint, verum etjam impoſita ſera, ut illius veſtigia adhuc indicant, occluſerint, ne cuivis ad eum pateret aditus: non tamen a ſcelestis malevolorum manibus integer conſervari potuit, quin duo folia in Köpmåla Balken, *nec non 13. ad finem, quibus præcipua civita-*

pulofiſſimam ac celeberrimam, convocatis Regni Ordinibus, primum petiit *l*).

4. Prædictus ille Dn. *Steno Sture*, in compenſationem inſignium ditionum ac posſesſionum, ſibi ereptarum, ſolam *Sudercopiam*, utpote tanto damno reſarciendo parem, poſtulavit *m*).

Denique

civitatis documenta fuerunt inſcripta, hodie deſideres. Superſunt in univerſum ejus folia 67. cum dimidio. Cujus auctoritate hæ Leges prodierint, utrum Birgeri Jarli, *an alius cujusdam Principis Viri, baud facile dixerim. Præter hunc codicem, aliæ Leges breviores, certis quibusdam tabulis comprehenſæ, comparent, ad quarum tenorem res minoris momenti olim ſunt dijudicatæ.*

l) *Nob* Hadorphius *in Alleg. p. 68. 20.* Om the XM. lõduga marck, ſom war Fru Drottningen ware bebrefwade aff Rykſens Radh i Swerige, tha hon förſt kom til Suderköping, &c. *cfr.* Huitfeldts *Cbron. Dan. Tom. 1. p. 803.*

m) *Ejus verba ita leguntur:* Och iack Sten Sture lot mich theſſ atnöge epther Rickzens Radz Radh, och ſamtycke vedherſeijé min breff, Konungh Hanſes ordh, lyffte och contract mich gifwen, bebrefwet och beſworen woro pa Aboo, Viborg, S. Olaffzborg och all Öſtherlandh, uppa thz at inteth ſpletther nagherledes skee skulle för min breff eller briſth skull: Doch ſa at Kronenes Län, ſom ey mykit werth år, moth thz mich förlänth och bebrefwath war, ſom är Trögdhen och Enekiöpings Stad, och ingaledes mich förlägges matte, bade iag och Swante Nielſſon i vinthers, och menige Sweriges Rickzens Radh mz mich, til förtiänſte och skadagel, unne mich Suderkepingz Stadh &c. *vid.* Hadorphius *in Alleg. p. 380. &c.*

Digitized by Google

Denique 5. ubi An. MCDXXXVI. renovaretur unio illa Calmarienſis, in mandatis datum eſt *Conſuli Sudercopienſi*, una cum *Holmenſi*, *Wiſbyenſi*, *Aboënſi*, *Calmarienſi*, *& Ludoſienſi*, Halmſtadium convenire, ad Regem eligendum *n*).

§. VII.

Privilegia enumerat.

Communis fere eſt Patriæ noſtræ calamitas, quod, vel ob temporum injuriam, vel monachorum invidiam, vel vicinorum hoſtilitatem *o*), veterum Privilegiorum jacturam ubique dudum fecerit. Hinc neque primum municipale jus, quod huic noſtræ fuit, e profundis latebris erues, quum ultra An. MDXIII. ejus copia haberi nequeat. Tum enim antiqviſſimum Noſtræ Privilegium, quod hodie comparet, a Regni Gubernatore, *Stenone Sture*, *Juniore*, gratioſisſime editum fuit, in quo confirmari videas edicta priorum Regum ac Principum, in hujus Noſtræ præcipuum decus ac incrementum promulgata, hodie vero plane obliterata. Alterum, quo Noſtra etjamnum fruitur, p. m. Regi *Guſtavo I.* debetur, A. MDXXXI. die Michaëlis datum. Hæc in communem civium noſtrorum ſalutem porro auxere ſubſequentes Gl. m. Reges & Prin-

n) *vid.* Hadorphius *l. c. p. 120. & 121. Nob.* Wilde *in Hiſt. Pragm. Suec. p. 472. Prima vero unio Calm. ſancita eſt in coronatione* Erici Pomerani, *die S. Margaretæ virginis, An. 1397.*

o) *cfr. Diſſert. de bello Sueo-Danico, adnex.* Schefferi *Libro de Antiqu. Regn. Suec. Inſign.*

Principes: *Ericus XIV.* A. MDLXII. *Johannes III.* A. MDLXX. MDLXXII. & MDLXXXII *Carolus IX.* A. MDXCVI. *Johannes O-Gothiæ Dux* A MDCIX. *Guſtavus Adolphus* A. MDCXX. *Chriſtina* A. MDCL. *Carolus XI.* A. MDCLXXVI. &c. *p*), ut incertum, utris major ſuppetat lætandi materies, nobisne majoribusque noſtris, quibus ſub tantorum Heroum umbra deliteſcere contigit, an municipiis noſtris, tanta gratia dignis habitis, ut, per immunitates ſibi pridem conceſſas, ſe effloreſcere ſenſerint.

§. VIII.

Inſigne ac Sigilla profert.

Non latet, vetuſtiſſimum illud O-Gothiæ inſigne, *Gryphem*, optime exprimere morem antiquorum piratarum, qui, ex rapto olim viventes, latrocinia in alias gentes ſtrenue exercebant, ipſi inde *Gryphes* (*Gripar*) appellati *q*). Mirari potius ſubit, urbi Sudercopienſi, ob ejus antiquitatem ac celebritatem,

p) *Præter Privilegia, jam recenſita, aliorum mentionem facit Conſult. Dn.* Cedermark *in Rel. Sud. circ. A. MDXXI. nec non Nob. Dn.* Palmſchöld, *in Sched. mſ. A. MDLXI. MDLXXII. & MDLXXXVII. quæ tamen adhuc inveniri non potuerunt.*

q) Hyphoffs *Introd. in Hiſt. Suec. p. 58. 59. Vid.* Rudbeck *Atl. T. 1. c. VII. p. 239. c. IX. p. 408. 409. cfr.* Verelii *not. ad Gautr. Saug. p. 67. 68. 70. De Gryphe autem fabuloſo, lege, ſi placet,* Plinii *Hiſt. Nat. l. VII. c. 2. l. X. c. 49.* Joh. Jonstoni *Hiſt. Nat. in Append. de Avib. Fabul. p. 214. item* Wolfg. Franzii *Hiſt. Anim. P. II. c. XXVIII. p. m. 629. &c.*

tem, idem quondam inſigne *r*) fuiſſe, quod toti Provinciæ, teſte Nobiliſſ. b. m. *Palmſchöld s*), licet, loco Gryphis, alii *Leonem* ibi ſubſtituant *t*). Hæc vero inſignia, dudum obſoleta, ſequenti tempore transiere in *Scutum quadripartitum, tribus fluminibus & novem ſtellis exornatum*: quo autem tempore, quave de cauſſa hæc mutatio facta fuerit, non liquet. Tria illa flumina forte indicant Gothorum, ex celebratiſſimo hoc portu erumpentium, fortitudinem, per tres orbis partes diffuſam, ac crebris victoriis illuſtratam *u*): & ſtellarum numerus novenarius, utpote ethnicis perfectiſſimus habitus, Noſtræ eminentiam & decus *v*). En! bina hæc Sigilla vetuſta *w*), a temporum injuria vindicata:






Hodier-

r) *Quo primum tempore inſignium uſus invaluerit, vid. Celeb.* Schefferus *in de Antiq. Suec. Inſign. c. III. p. 25.*

s) *In*

Hodierna autem, quibuscum Senatus urbici decreta muniri ſolent, vel majus eſt, quod argento inſculptum, actis majoris momenti adhibetur; vel minus, quocum viliora negotia commeare ſolent.



§. IX.

s) *In Schedis Mſc.* Söderköpings ſtad har uti ſit wapn och inſegel fördt en Grip, (Meſſenius ſäger et Lejon) ſedermera är det förändrat wordet til 3 Strömar med 9 ſtycken ſtiernor. *Cum eo facit Conſult. noſter* Cedermark *in ſæpius cit. Rel. Sud. Mſc.*

t) Meſſenius *in Spec. Regn. Sveo-Goth. c. XXII. p. 63.* & *& Nob.* Wexionius Gyllenſtolpe *in Deſcr. Sueciæ l. VII. c. 43.*

u) *Vid.* Loccenii *Antiq. Sveo-G. l. II. c. X. pag. m. 84.*

v) *cfr.* Schefferi *Upſ. Antiq. p 58.*

w) *Majus hoc benigniſſime nobis nuper tranſmiſit Regii Archivi Antiq. Secret. & Antiquarius, Ampliſſ. Dn.* Joh. Helin, *addito hoc in literis, ad me gratioſe tranſmiſſis, judicio:* Detta Sigill finnes under et bref af åhr 1342. doch är det troligit, at det, både långt för och efter i många åhr, har kunnat wara i bruk. *Alterum vero, pro ſingulari ac nunquam ſatis prædicando favore, mecum communicavit Max. Rev. atque Ampliſſ. Archipræp. Linc. Dn. Doct.* And. Ol. Rhyzelius.

Digitized by Google

§. IX.

Nundinas ac municipalia Sudercop. jura commemorat.

Nundinæ anniverſariæ (*Marknader x*), in gratiam commerciorum cum aliis, nec non in civitatis emolumentum, ſtatis diebus inſtitutæ, hæ præcipue celebrantur:

Die S. Laurentii (*Larsmeſſa*) d. 10. Aug. *y*) hæ vero, annuente *Regina Chriſtina*, in diem Bartholomæi, ſeu d. 24. Auguſti, translatæ ſunt, vi diplomatis A. MDCL. d. 31. Octobr. gratioſiſſime dat.

Feſto S. Michaëlis (*Michelsmeſſa*) d. 29. Sept. in *Waldemarswik z*), loco nundinario (*Köping*), Noſtris proprio.

E Die

x) *Quod a* Merkia *deſcendit, literas vel notas incidere: quandoquidem merces, ad certas menſuras, quas noſtri* Merkte alnar *vocant, vel pondera, quæ nobis* Marker *dicuntur, vel ad certam pecuniæ ſummam, quæ* Merkur *in legibus & uſu quotidiano appellatur, iisdem in locis vendi ſolent. Vid.* Rudbeck. *Atl. T. I. p. 736. & 740. & St. L.* Köpmâla *B. c. XXI.*

y) *De hiſce nundinis, ut antiquiſſimis, vide Leges O-Gothicas, in* Kriſtnu Balker *Fl. XXIII.*

z) *Rex* Waldemarus *huic nomen dedit, arcem* Waldemarsborg *in confinio ſibi exſtruens, cujus rudera etjamnum comparent. Hic vero locus, quem vicinæ urbes ſibi, cum jure ſtapulæ, nonnunquam arrogarunt, indultu S. R. M. An. 1664. 1672. & 1727. Noſtris ceſſit, ut ibi, in* Stadſens laſtagie platz, *pice, ligno, aſſeribus, aliisque levioribus mercibus, naves onerent, graviora pondera ad fretum* Baröſund, *juxta tenorem mandati Regii, A. 1640 d. 22. Jan. exhibiti, transportaturi. Qua occaſione verbo monendum, teneri officinam Oricbal-*

Die 7. Januarii, *Fiortonde dag Jul a*).

Die S. Erici, (*Erichsmeſſa*) d. 18. Maji *b*).

Die S. Eſchilli, (*Eſchilsmeſſa*) d. 12. Junii, itidem in *Waldemarswik c*).

Neque hac occaſione reticenda eſt mentio priſtinorum Noſtræ cum exteris commerciorum, ac jurium municipalium, in antiqui ſplendoris non leve argumentum.

An. MDXXIII. Lubecenſes & Dantiſcani, ob auxilium, in expellendo Chriſtierno Tyranno nobis præſtitum, immunitatem vectigalium, in hujus regni emporiis, *Holmiæ*, *Calmariæ* & *Sudercopiæ* ea lege poſtulabant, ut ſibi tantum, non aliis exteris, commercia nobiscum inſtituendi facultas eſſet *d*). Duro huic nodo annuit Rex *Guſtavus* A. MDXXIX. modo cives eorum jurejurando affirmarent, merces, huc apportandas, ad ſe, non alienigenas, pertinere.

richalceam, Guſum, *ad Privilegium, a R* Chriſtina *Noſtris A.1650. d. 31. Octob. conceſſum, urbi Sudercop. dare tributa* (Tolag, *vel* Gebühr), *ubi filum orichalceum* (meſſingstrå) *a ſtatera urbis appenditur.*

a) *Primus harum ſtator fuit gl. m.* Johannes, Dux O-Gothiæ, *ut patet ex Privilegio, ab eo dato in Bråberg A. 1609. d. 18. Junii. Ceterum libertas illa priſtina, cum alienigenis commercia hoc die inſtituendi, a Reg. Commerc. Collegio 1662. d. 18. Nov. tantiſper limitata fuit, donec S. R. M. An. 1735. d. 9. Junii, eam clementiſſime relaxaret.*

b) *A Regina* Chriſtina *d. 29. Martii An. 1647. inſtituta.*

c) *Etiam has inaugurari dignata eſt R.* Chriſtina *A. 1647. d. 30. Sept.*

d) Eric. Tegel *Hiſt. Guſt. I. P. I. p. 74.*

nere *e*). Deinde ut commercia magis effloreſcerent, Societas quædam mercatoria (*Handels-Compagnie*) initium fere heic ſumſit, quo deſideriis exterorum eo promtius fieret ſatis *f*).

e) Loccenii *Hiſt. Rer. Suec. L. VI. p. m. 276. & 348. cfr. cit.* Tegel *P. II. p. 270. Hinc* Huitfeld *in Chron. Dan. T. II. p. 1265.* Dee Lybske, Dantziger, oc deris Forwante, deris godz skal wære frit udi Sverige, for ald told. Til Stockholm, Suderkiöping, Calmar, Abœ, maa Stæderne frit handle, icke alleniſte med Borgerne, men oc med Prælater, oc Adelen, med guld, ædel ſtene, klæde, purpur. *&c. Contractus, Sueciam inter & Friſiam Orientalem An. 1556. reſtauratus, a Nob.* Tegel *l. c. p. 344. exhibetur, quem vide.*

f) *Hinc in antea cit. PentaPoligram. O-Gothiæ, hæ Sudercopiæ laudes habentur.*

Tertia laude nitens, Surcoppia, *jure vocata,*
Vrbs vicina, prope par & honore virens:
Mercibus æqualis, concivibus atque magiſtris
Vrbis, qui dignum Præſule nomen habent.
Advehit indigenis pretioſi munera Crœſi
Portus, mercator dum vagus æquor arat,
Advena dum celebrem perplene mercibus amplis
Accedit ripam, per mare puppe frequens:
Qui priſcis ſeclis incognita ſuſcipit aſtra,
Currit ad Antipodas merce nitente redit;
Quam ſine permulto non comparat incola lucro,
Indeque prægrandes copia fudit opes.
Hac nec in urbe ſibi recolunt ſimulacra Deorum,
Salvifici verbi dogma docetur ibi;
Quod ſpargunt vigiles, Periclæo pondere freti,
Symmiſtæ, Clarii qui coluere juga:

§. X.

Memorabilia attingit.

Hæc certe in priſcis Patriæ annalibus ea copia ſe offerunt, ut Noſtra nulli urbium Gothicarum, vel hoc nomine, cedat.

An. MCCL. 3. Id. Jun. Regina Sueciæ, *Catharina*, vidua Regis *Erici Balbi*, Sudercopiam, cum appertinentiis, poſſeſſionibus & prædiis, quæ Pater ejus *Suno* emerat, ſorori ſuæ, *Benedictæ*, *Svantepolchi* conjugi, teſtamento legavit *g*).

A. MCCLI. *Waldemarus Birgeri*, Rex Sueciæ, heic coronatus eſt *h*): alii actum hunc Lincopiæ celebratum fuiſſe, autumant.

A. MCCLXX. In Regni comitiis, heic habitis, de Cathedræ translatione, a nova in veterem Upſaliam, deliberatum eſt *i*).

A. MCCLXXVI. Iterum Regni comitia heic celebrata, Danis præſentibus *k*).

A. MCCLXXVII. Rex *Magnus I. Ladulås* dictus,

Quos ideo ſervet vultu fortuna benigno,
Secula Neleidis quo numerare queant.

g) *Vid. ipſum teſtamentum, in Archiv. Antiq. aſſervatum.*

h) *Cl.* Meſſenius, *in Scondia Illuſtrata, hanc coronationis celebritatem Tom. II. p. 38. Lincopiæ; ſed Tom XV. p. 37. Sudercopiæ tribuit. Et hanc poſteriorem ſententiam amplectitur quoque Nob.* Palmſchold *l. c.*

i) Meſſenius *l c. p. 41. & Celeb.* Schefferus *in Chron. Archiep. Upſ. p. 25. & 26.*

k) Erici Olavi *Hiſt. Suec. Gothor. L. III. p. m. 69.*

ctus, poſtquam regnum fratri *waldemaro* eſſet ereptum, heic diadema Regium ſuſcepit *l*).

A. MCCLXXXI. d. 29. Julii, *Hedwigis*, Comitis *Gerhardi de Holſatia* filia, natu major, & Regis *Magni Ladulås* conjux, itidem ſumma feſtivitate heic coronata *m*).

A. MCCCII. Inauguratio Regis *Birgeri Magni*, & *Meretæ* ejus conjugis, Danorum Regis, *Erici Klippings* filiæ, maxima heic celebrata eſt pompa: qua occaſione etiam *Waldemarus*, Regis frater, eques auratus factus, matrimonium ibidem iniit cum virgine *Chriſtina*, Mareſchalli Dn. *Torchilli Knutſons* filia *n*).

A. MCCCVI. Turbas plurimas in vicinia Sudercopiæ excitarunt copiæ fratrum Birgeri, ad Regem

l) *Max. Rev. Dn. Doct. & Archipræp. Linc.* And. O. Rhyzelii *Epit. Hiſt. Sueo-G. p. 10.* Hyphoff *Introd. ad Hiſt. Suec. p. 129. Alii autem ſtatuunt, hanc coronationem habitam fuiſſe Upſaliæ A. 1276. alii iterum 1279.*

m) Meſſenii *Scond. Illuſt. T. XV. p. 43. Qua ſolennitate peracta, Regem ampliſſima privilegia Clero ſanxiſſe, auctor eſt Nob. Dn.* Wilde *l. c. p. 415. ſq. quæ poſtmodum A. 1287. heic quoque gratioſe confirmavit. cfr. Rev. Dn.* Spegel *in Hiſt. Eccl. P. I. p. 22.*

n) Meſſenius *l. c. p. 48.* Erici Olavi *Hiſt. cit. p. m. 90.* Strelovii *Chron. Guthil. p. 148.* Loccenii *Hiſt. Rer. Suec. L. III. p. m. 101.* Ol. Petri *Chron. mſ. f. m. 72.* Pufendorff *l. c. p. m. 95. Anonymi Chron. ed. a Max. Rev. Doct. & Theol. Prof. Upſ. Dn.* Olavo Celſio, *A. 1705. p. 11. Totum vero hunc glorioſiſſimum actum deſcriptum legas in Chron. Maj. Rhythm. p. 70.*

Digitized by Google

gem regnumque invadendum, foris conductæ *o*).

A. MCCCXIII. Rediit Rex *Birgerus* ex Gothlandia, ſede tum rebellium, Sudercopiam *p*).

A. MCCCXIV. d. 9. Octob. In conventu Sudercopienſi Rex *Birgerus*, refractarios condonatos, jurejurando iterum præſtito, ſibi devinxit *q*).

A. MCCCXVIII. Sudercopiæ deletæ ſunt copiæ *Birgeri*, fugam ad Gothlandos tum capeſſentis *r*).

A. MCCCXXVII. In vigil. S. Laurentii, heic edita eſt confirmatio Codicis Legum *s*).

A. MCCCLIX. Transactio quædam, inter R. *Magnum Erici*, *Smek* cognominatum, & Ordines Regni, heic fuit inita *t*).

A. MCCCLXXIV. Cadaver S. *Brigittæ*, Roma huc navi, cura filiæ *Catharinæ*, transvectum, magna

o) Ol. Petri *l. c. f. m.* 78. & 79. Pufendorff *l. c. p. m.* 103. Meſſenii *Rimkr. p.* 85.

p) *Reverendiſſ. Doct. & Epiſc. Linc. Dn.* Erici Benzelii *Monum. Vet. Eccl. Sueo-G. p.* 91.

q) Meſſenius *l. c. T. XV. p.* 52. & Laur. Petri *l. c. f. m.* 136. *ipſius vero juramenti præſcriptum, ab Ordinibus Regni obſignatum, videas in* Er. Olavi *l. c. L. IV. p. m.* 110.

r) Meſſenius *l. c. T. XV. p.* 53. Loccenius *l. c. L. III. p. m.* 106. *De* Canuto Porſſe, *magnam ſtragem ſatellitibus* Birgeri *Sudercopiæ A. MCCCXVII. inferente, eosque ſpoliatos abducente, videas ipſe* Ericum Olavi *l. c. p. m.* 117. Ol. Petri *l. c. f. m.* 85. 86. Laur. Petri *Chron. cit. f. m.* 138. & Pufendorff *l. c. p. m.* 113.

s) *Nob.* Wilde *l. c. p.* 429.

t) *cfr.* Hadorphius *in Alleg. p.* 32. *ſq.*

Digitized by Google

gna pompa a religioſis ſuſceptum, Wadſtenum deportabatur *u*).

A. MCCCLXXXIX. Regina *Margareta* vetuſta privilegia Nobilium Sudercopiæ confirmavit *v*).

A. MCCCXCIX. d. 10. Julii, Judicium inquiſitorium (*Räfs-Ting w*), præſentibus Dn *Canuto* Epiſc. Linc. Dn. *Stenone Bengtſſon* & Dn. *Petro Thomeſſon* heic habitum fuit *x*).

A. MCDXIX. Oppignorata eſt Sudercopia a Rege *Erico Pomerano* Dn. *Benedicto Nichſſon*, equiti aurato, pro CCCM. marcis ſolidis *y*).

A. MCDXXXIII. XXXIV. & XXXV. *Engelbertus Engelberti*, regni tutela in ſe ſuſcepta, cives O-Gothiæ aliarumque provinciarum huc ſæpius convocavit, de libertate publica recuperanda deliberaturos. Hæc autem mox, communi Ordinum Regni ſuffragio ac diplomate, fuit munita *z*). A.

---

u) *Conſult. Dn.* Cedermark *l. c. Cl.* Jonas Pärſſon *l. c. cfr.* Verelii *Epit. Hiſt. Sveo-G. p. 74. & Rev. Dn.* Spegel *in Hiſt. Eccl. P. II. p. 226.*

v) Hyphoff *l. c. L. I. c. 13. p. 67.*

w) *Supremum hocce judicium ab inquirendo dicebatur*, Räfz-ting; Råſſa *etenim olim erat, perquirere.* Wilde *in Hiſt. Pragm. p. 267.*

x) *Vid. vetuſtum documentum Perilluſt. O-Gothiæ Gubernat. Dn.* Andreæ Lilliehöök, *quod jam, ad ejus mandatum, in* Brâbo Hæradz kiſta *ſervatur.*

y) *Document. hujus rei in Archivo Antiquitat. Regni exſtat.*

z) Hadorphii *Chron. Rhythm. paſſim. cfr.* Meſſenii *Rimkrôn. p. 188. & 220. 222. 246. ſq. cfr.* Ol. Petri *Chron. mſ. f. m. 124. &* Er. Olavi *l. c. p. m. 170.* Loccenii *Hiſt. Rer. Sv. L. IV. p. 136. ipſum* di[illegible]a, *heic datum, exhibet Nob. Dn.*

A. MCDXXXVI. In præſentia Ordinum Imperii, Mareſchallus Regni Illuſt. Dn. *Carolus Knutſſon*, Sudercopiæ, a cunctis arcium præfectis, auctoritate Regis *Erici* conſtitutis, poſtulavit, ut ſe ac caſtella ſua dederent, niſi ultima quævis pati vellent. Ipſi vero, conſilii inopes, dicto audientes fuere *a*).

Eod. An. In Concilio provinciali, a Prælatis eccleſiarum & Proceribus regni, de feſto Annæ, rite celebrando, heic decretum fuit *b*).

A. MCDXXXVIII. Ordines Regni, de variis rebus, præcipue autem de Rege *Erico*, in Regale ſolium reducendo, deliberatum huc confluxere, *Brodero Svenſſon*, aliisque, vicarium Gubernatoris regimen vehementer improbantibus *c*).

A. MCDXLI. In alio concilio, ſub Archiepiſcopo, *Nicolao Ragvaldi*, heic celebrato, ſtatutum fuit, hereditatem ab inteſtato, in tres partes dividendam, cedere debere pauperibus, præſertim literarum ſtudioſis, heredibus, & denique clericis, cum conſenſu capituli, pro defuncti anima oraturis &c. *d*)

A. MCDXCV. Obiit in aula Boosgardenſi, *Magda-*

a) Laur. Petri *Chron. mſ. f. m. 178.* Ol. Petri *l. c. f. m. 136. cfr.* Meſſenii *Rimkr. p. 249. ſq.* Verelii *Epit. Hiſt. Suec. p. 86.* Pufendorff *l. c. p. 169.*

b) *Diar. Vazſt. p. 79. edit. a Reverendiſſ. Præſule Dn. Doct.* Erico Benzelio.

c) Loccenii *Hiſt. Rer. Suec. L. IV. p. m. 141.* Pufendorff *l. c. p. m. 175.* Er. Olavi *l. c. L. V. p. m. 177. cfr.* Ol. Petri *l. c. f. m. 140. & cit. Diar. Vazſt. p. 79.*

d) *Nob.* Wilde *l. c. p. 393. cfr.* Meſſenii *Scond. Illuſt. T. XV. p. 76.* Bazii *Hiſt. Eccl. p. 125. 126.*

Digitized by Google

Magdalena, Regis *Caroli VIII.* filia, in templo Fratrum minorum, ſub ara Franciſci, Sudercopiæ ſepulta *e*).

A. MDIII. In feſtivitate, quæ tunc Sudercopiæ agebatur, poculum venenatum Dn. *Stenoni Sture Seniori* porrexit, ut fertur, *Mereta, Canuti Alfsſons* vidua, quo hauſto, in itinere, cum Regina Daniæ, circa feſtum Luciæ, prope Junecopiam, e vita deceſſit *f*).

A. MDXX. Sudercopiæ juſtas luit pœnas peſſimus iſte R. *Chriſtierni* Conſiliarius, *Nicolaus Holſtenius*, patibulo, civibus inſontibus a ſe exſtructo, ipſe affixus *g*).

A. MDXXI. menſe Junii, *Arvidus W-Gothus* heic non tantum Sudercopienſes, verum etiam vicinos ruſticos, ſub ditionem Principis *Guſtavi* redegit *h*).

Eod. An. d. 18. Decemb. R. *Chriſtierni* miniſter, *Bernh. van Melen*, huc in carcerem transmiſſus, per bimeſtre ſpatium detinebatur *i*).

 A. MDXXII.

e) Meſſenii *Tumb. c. XVIII. p. 50. cfr. Calend. Convent. Frat. Ord. Min. Stockholm.*

f) Pufendorff *l. c. p. m. 250.-cfr.* Laur. Petri *l. c. f. m. 217.* & Ol. Petri *l. c. f. m. 218.*

g) Loccenii *Hiſt. cit. L. V. p. m. 207.* Verelii *Epit. Hiſt.*

A. MDXXII. Pridie Pentecoſtes, Lubecenſium claſſis, optime inſtructa, in ſubſidium R. *Guſtavi*, huc appulit, ſub Navarcha, *Frid. Brun*, & ſupremo militiæ præfecto, *Joh. Stammelio*. R. *Guſtavus*, confeſtim Upſalia Sudercopiam excurrens, Noſtros promtiſſimos deprehendit, qui fidem, ipſi ultro oblatam, jurejurando obſignarent *k*).

Circa An. MDXXIII. Evangelii lux, *Holmiæ*, *Sudercopiæ* & *Calmariæ*, per adventantes mercatores & milites quosdam Germanos, qui huc ſecum duxerunt ſcripta b. m. Doct. *Mart. Lutheri*, per divinam gratiam, eluxit *l*).

Eod. An. Rex *Guſtavus* Comitia Sudercopiæ indixit, ubi Ordines Regni, literis Ducis *Friderici Holſati*, huc & illuc, in R. *Guſtavi* injuriam, per regnum miſſis publicatisque, imperterrito animo reſponderunt *m*).

A. MDXXVII.

k) *Rev. Dn.* Paulini *Hiſt. Arct. L. II. p. 278.* Tegel *l. c. ad h. a. &* Loccenius *l. c. p. m. 228. 229.*

l) Pufendorff *l. c. p. m. 280.*

m) Tegel *l. c. p. 77. Plura, quæ, in hiſce Comitiis noſtris, in ſingularem totius Regni utilitatem, peracta ſint, videas ipſemet ex* Tegel *l. c. quocum conferantur Ampliſſ. Actuarii ad Archiv. Regn. Dn.* Andreæ Ant. Stiernman *Richsdagars och Mötens Beſlut T. I. p. 17. ſq. Binas etiam Purpuratorum nuptias, maxima cum pompa, ibi fuiſſe celebratas, indicat adnotatio quædam membranacea Eccleſiæ Mogatenſis, cujus exſcribendæ copiam benigne mihi fecit Rev. Paſtor, Dn.* Jonas Hagelius: An. Dni MDXXIII. die S. Franciſci, celebrate ſunt nuptie D:ni Bernardi van Mælen, militaris, & Matrone

Marga-

A. MDXXVII. *Joh. Braſk*, Epiſc. Lincop. corraſis ex templis, monaſteriis &c. quoad potuit, ſcriptis antiquiſſimis, libris rariſſimis, auro, argento ac rebus pretioſis, navem heic conſcendens, Gothlandiam petiit *n)*.

A. MDXLIII. menſe Februarii, plurimi complicum *Nic. Dacke*, Smol. ſe huc contulere, ſub ductu *Erici Larſſon*, regiis tabernis effractis, frumentum ac reliqvum commeatum diripientes *o)*.

A. MDLIX. d. 28. Maji, Legati Livoniæ, Doct. *Rambertus Gilsheim* & *Salomon Henning*, huc venere, ſuppe-

Margarette, Electe Erici Knutſons ad S Laurentium, in opido Sudercopenſi. D:nica autem ſequente, que fuit infra octavas S:te Birgitte, celebrate ſunt nuptie ibidem Turonis Bengtſons de Hendelö & virginis Anne, filie D:ni Petri Tureſons, fuitque ibidem celebrata dieta--- Sereniſſimo noſtro Domino D:no Goſtavo, Rege electo. Convenerunt Pl. Rev:dus Pater, Doctor Joannes Magni, Apoſtolice ſedis Legatus, Electus Archiepiſcopus Upſalenſis; Rev:dus Pater Dn. Doct. Johannes, Dei gratia Epiſcopus Lincopenſis, Magnus Scarenſis & Magnus Stregnenſis e. g. eccleſiarum Electi; D. Turo Jönſſon, Laurentius Siggeſſon, Nicolaus Olffſſon, Nicolaus Claueſſon, Henricus Erlandſſon, Knut Anderſſon, Tordederus Bonde -- fuitque ibidem obtenta confirmatio omnium privilegiorum Eccleſiaſticorum pro opido & ec-

Digitized by Google

ſuppetias a R. *Guſtavo*, nomine Archipræfecti ſui, contra Muſcovitas ſubmiſſe implorantes *p*).

A. MDLXXXV. d. 28. Septemb. heic auſpiciis Dn. *Söffring Nilſſon*, una cum aliis honoratioribus Viris, inquiſitio decretoria (*Herreſyn*) habita eſt in terminos, Sudercopiam inter, & prædium vicinum, *Luderhuſvud* *q*). Integer vero urbis diſtrictus, ad mandatum Regium, ab equitibus (*Riddareſyn*) A. MDXCI. certis cancellis definitus.

A. MDXCV. Ordines Regni, huc convenientes, Duci *Carolo* plenariam regni adminiſtrationem committebant *r*).

Neque præterire fas eſt celebratiſſimam illam monetariam officinam, a Rege Gl. m. *Magno Ladulås* A. MCCLXXXV. heic inſtitutam *s*), in cujus

p) Tegel *l. c. p. 367.*

q) *Vid. ipſum orig. Codici Legum membranaceo noſtro inſcriptum*

r) Meſſenii *Scond. Illuſt. T. XV. p. 152. Tum etiam decretum eſt, ſalva majeſtate Regis* Sigiſmundi, *Pontificios quosvis regno eſſe exturbandos.* (Loccenii *Hiſt. Rer. Suec. L. VII. p. m. 450.*) *Vid. ipſam unionem, ob Ordinibus Regni obſignatam Sudercopiæ d. 21 Octobr. 1595. apud Ampliſſ. Dn.* Stiernman *l. c. p. 432 ſq. cfr. Nob.* Wilde *l. c. c. III. Sect. III. §. XXVI p. 629. ſq. Denique M.* Petrum Kenicium, *W. Bothn. Scarenſi mitra, & M* Petrum Jonæ, *Angerm. Wexionenſi, in hiſce noſtris Comitiis redimitos fuiſſe, cognoſces ex* Meſſenii *Chron. Epiſc Suec. c. VIII. p. 85. & c. XI. p. 104. cfr. Rev. Dn.* Spegel *Hiſt Eccl. P. II. p. 308. 381.*

s) Meſſenii *Scond. Illuſt. T. II. p. 62. IV. p. 11. XII. p. 128. cfr. T. XV. p. 44. Poſtea vero 1453. Regem Gl. m.* Carolum

jus memoriam area monetaria (*Myntmeſtare-Gârden*) etiamnum ſupereſt.

Denique mentio facienda officinæ Typographicæ, non alibi prius in Suecia, quam Sudercopiæ, idque circa A. MCDXC. opera Epiſcoporum O-Gothiæ, *J. Braſk*, vel potius *H. Tidemanni de Wânga t*), inſtauratæ *u*).

lum Canuti *VIII. hanc reſtauraſſe officinam, & ne deficeret ibi argentum, providiſſe*, *docent* Loccenius *in Hiſt. Rer. Suec. L. V. p. m. 154.* Ol. Petri *in Chron. cit. mſ. f. 155. Nob. Dn.* El. Brenner *Thes. Num. Sueo-G. p. 32. ſq. nec non* Pet. Dikman *in Tract.* om de Swenskes och Göthers fordna penninge rächning, *ad calc. obſerv. III. & XXVII. ubi Noſtra, inter vetuſtiores, poſt Holmenſem, comparet. Neque ſub Rege Gl. m.* Guſtavo I. *ſiniſtra ei fuere fata. cfr.* Tegel *l. c. P. I. p. 40.*

t) *Hujus merita in Diœceſin Lincopienſem, cui, inſigni cum laude, ad A. 1500. præfuit, recenſent Rev. b. m. D.* Spegel *Hiſt. Eccl. P. II. p. 213. &* Meſſenius *in Chron. Epiſc. Suec. c. VII. p. 63.*

u) *cfr. Nob. Dn.* Palmſchöld *in Sched. mſ. & Conſult.* Cedermark *l. c. nec non Reverendiſſ. Præſul noſter, Dn. Doct.* Eric. Benzelius *in Coll. Hiſt. mſ. l. VI. c. 16. ubi aperte profitetur:* âr 1490. war Boktryckerij i Söderköping, ſedan i Wadſtena, och, innan det Seculum war ändadt, i Stockholm, Stregnes, Upſala &c. *Præter plurimas literas indulgentiales* (Aflats bref) *& literas, ut vocant, confraternitatis, heic primum impreſſas, re*[illegible] Schefferus *in Suec. Liter.*

§. XI.

Concludit durioribus Noſtræ fatis.

Sed non ſemper lætis oblectandus eſt animus, ad triſtiora etiam inviti devolvimur. Periodum quandam, & imperiis & civitatibus a Deo eſſe præfinitam, qua nunc floreant, nunc ſubſidant, vel luculento Sudercopiæ exemplo ſatis edocemur. Hæc enim, tot coronationibus, tot comitiis, tot palatiis olim condecorata, proh dolor! in maximum ſui ſuorumque detrimentum, nunc hoſtilibus irruptionibus, nunc diris vulcani flammis, nunc aquarum inundationibus, nunc denique peſtiferæ lui ſæpius miſere fuit expoſita.

A. MCCLXXXI. d. 29. Julii, ſumma Noſtrorum lætitia, in Reginæ *Hedvigis* inaugurali feſtivitate, cito in gemitus deſiit, tota propemodum urbe in cineres redacta *v)*.

A. MCCCLXXX. Conflagravit tota civitas, præter eccleſiam Sancti Ægidii *w)*.

A. MCCCXCIII. die S. Johannis Baptiſtæ, Germani quidam, Holmia profecti, Sudercopiam ea immanitate diripuere, ut nec ætati nec ſacris parcerent: 4. equites auratos, hujus facinoris duces, ſequebantur 1300. pedites armati *x)*.

A. MCD. Tanta fuit, in Oſt-Gothia ac circumjacentibus

in Archivo Regni, in memoriam hujus Noſtræ, procul dubio ſervantur. Inſuper Præd. M. Joh. Alnander *in Hiſt. art. Typogr. in Suec. p. 68. meminit Manualis cujusdam Lincopenſis, A. 1525. heic editi in 4. Poſtmodo vero hanc Noſtram Regi* Guſtavo, *ob varios, a* Johanne Brask *temere publicatos, libellos, diſplicuiſſe, atque ſic neglectam eſſe, tradit* Meſſenius *in Scond. Illuſt. T. V. p. 32. Aliam quoque addit cauſſam Nob. T.* Weſtenhielm, *in Hiſt. Guſt. I. L. IV. c. 2.*

v) Meſſenii *Scond. Illuſt. T. II. p. 59. cfr. Max. Rev. Dn. Doct.* And. O. Rhyzelii *Brontol. p. 60.*

w) Diar. Vazſt. p. 2. *x)* Joh. Magni *Hiſt. metrop. p. 89.*

Digitized by Google

tibus provinciis, vis imbrium, ut multi Sudercopienſes, novum quoddam metuentes diluvium, montes peterent. Aqua enim, in cœmeteria & plateas, usque ad genua transeuntium, increſcens, proſternebat pontes omnes & univerſa illius regionis molendina *y*).

A. MCDXVIII. Civitas noſtra, denuo flammis correpta, evanuit *z*).

A. MCDLXIV. Subjugavit *Katillus* Epiſc. Linc. Sudercopiam, a ſe aliquantiſper obſeſſam, coëgitque eam, quoties opus foret, ſibi turmam virorum armatorum ſuppeditare *a*).

A. MCDXCVIII. Hanc Noſtram incendio fuiſſe deletam, indicat inſcriptio, januæ Templi S. Laurentii, ſtylo monachali, inciſa.

A. MDXVII. Dani, territorium *Tiuſt* infeſtantes, a Noſtris tributum (*Brandſkatt*), extorquebant *b*).

A. MDLXVII. die 4. Decemb. Dani, provinciam depopulantes, ſub ducibus *Michaële Gôding* & *Laurentio Jonæ*, Sueco transfuga, Sudercopiam ſpoliatam ignibus ſubjectis conſumſerunt *c*). A. MDLXXX.

y) *Monum. Vet. Eccl. Sueo-G. p. 96. cfr.* Meſſenii *Scond. Illuſt. T. XV. p. 68.* *z*) *Diar. Vazſt. p. 59.* *a*) *Diar. Vazſt. p. 127.*

b) *Vid.* Ol. Petri *Chron. mſc. f. m. 126.*

c) *Vid. Rationar. Eccl. S. Laurent.* & Loccenii *Hiſt. Rer. Suec. L. VII. p. m. 399. De M.* Nicolao *vel* Claudio Dano, *Elect. Linc. poſtea Paſt. Sud. Dn.* Jonas Petri Klint *in Chron. Rhythm. Epiſc. Linc. ita memoriæ prodidit:*

Han kom och fördes skröpelig till graff.
Strax efter the Danske hade brändt Suderköpungz

A.MDLXXX. Peſtifera lues Sudercopiæ ſæviit *d*).

Denique A. MDCXII. menſ. Junii, a Danis, eam denuo invadentibus, expilata & exuſta eſt *e*).

Taceo crebriora incendia, ubi pars quædam urbis in fumum abiit. Taceo quoque ſtrages civium, a peſte Ann. MCCXCI. MCCCL. MDCII. MDCXXII MDCCXI. heic factas, ut mirum non ſit, cur hæc Noſtra, tot calamitatibus, tot hoſtium irruptionibus, jam diu concuſſa, priſtinum ſplendorem nobis dudum ſubduxerit.

Acceſſere & aliæ decrementi hujus cauſſæ. *Norcopia*, ex Noſtræ cineribus lætius in dies efflorefcens, ob ipſam viciniam huic fatalis evaſit; ut *Sudercopia*, cum Virgilio, gemebunda etiamnum exclamet:

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ f)!

Denique pons & obex ille Stekeburgenſis, a Duce *Adolpho*, priori ſeculo ea lege exſtructus, ut ab exteris, per hunc navigantibus, tributi quid ſolveretur, navigia pariter ac commercia a Noſtratibus avertit *g*). Faxit vero Deus, ſperemus meliora!

Fâ dagar der efter lades han i graff
Sedan fienden hade wijkit ifrâ Suderköpungz Stadh.
Thetta skedde när man skreff 1568.
Wore the Danske i Swærige illa til motto.

Vid. Monum. Vet. Eccl. Sueo-G. p. 137.

d) Vide literas R. Johannis III. *de ægrotis, urbe exportandis, in Archiv. Regni, Regiſtr. Lit. V. p. 31.*

e) De hac ultima hoſtili invaſione agit Widekindus *in Hiſt. Regis Gl. m.* Guſtavi Adolphi *p. 98. ad h. a.*

f) Eclog. IX. v. 28. Scilicet, unius generatio, alterius corruptio.

g) Illud ipſum Perilluſt. Dn. Axel. Stâhlarm *in cit. lit. ad* S. R. M. *confirmat. cfr. Rev. Dn* Paulini *Hiſt. Arct. L. I. c. XVIII. p. 66. & Nob.* Gyllenſtolpe *Deſcr. Suec. L. VII. c. XLIII.*

SOLI DEO GLORIA.

VA1152153 7

Digitized by Google